



LIBRARY OF CONGRESS.

Chap. PJ 4831

No. . B7
- 1824

UNITED STATES OF AMERICA.









LEXICON
HEBRAICUM ET CHALDAICUM;

COMPLECTENS

VOCES OMNIMODAS

QUÆ IN SACRIS BIBLIIS EXSTANT:

EXEMPLORUM BIBLICORUM COPIA,

ET

LOCORUM DIFFICILIUM

EX HEBRÆORUM COMMENTARIIS EXPLICATIONE,

AUCTUM ET ILLUSTRATUM.

ACCESSERUNT,

LEXICON BREVE

RABBINICO-PHILOSOPHICUM,

ET

INDEX LATINUS.

STUDIO

JOANNIS BUXTORFII.

EDITIO NOVA, SEDULO RECENSITA.



GLASGUÆ:

E PRELO ACADEMICO,

TYPIS ET CURA ANDRÆ ET JOANNIS M. DUNCAN,
IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY; HURST, ROBINSON ET SOC.; GUL.
BAYNES ET FIL.; GEO. COWIE ET SOC.; GEO. OFFOR; ET
RICARDI BAYNES; LONDINI: NECNON R. M. TIMS; DUBLINII.

1824.

PJ4831

.B7

1824

LECTORI

S.

TYPOGRAPHI.

BUXTORFII LEXICON, nunc primum e prelo Britannico labans, in manus tibi, lector amice, tradimus; viri quidem de omnibus, literis sacrosanctis indagantibus, optime merentis. Quid in evulgando efficere conati sumus, paucis dicere oportet.

Menda typographica haud pauca, tum in verbis et punctis Hebraicis, tum in Scripturarum citationibus Sacrarum, furtim et gradatim in editi-nes priores serpsisse invenimus. Editiones, Basileæ anno 1621, et Amstelodami 1654, impressas, inter sese, et operi adaucto Jos. Montaldi, 4 tom. Romæ 1789, gnaviter contulimus; Taylori Concordantias, Libros denique Divinos, in dies agitavimus; et, quatenus oculi multis recensionibus valuerunt, maculas omnes extrudere valde elaboravimus. Indicum singulorum laudationes, foliorum seriei nostrorum, per totum ordinavimus.

Omnia feliciter peracta fuisse, proculdubio, nos jactare haud decet; sed si, in rebus tam periculosis, hic illic lapsi simus, indulgentiam, lector benigne, non denegabis.

Formâ et nitore typographico, æque ac in usu, mutuo adaptati sunt liber hicce et BYTHNERI LYRA PROPHEtica, quæ e prelo nostro anno superiore exivit. Laboribus illis et cæteris, literis orientalibus et humanioribus, doctorum gratiâ, ut adhuc gavisus sumus, gaudeamus!

*Ex Æd. Typog. Acad. Glasg. }
Ipsis Kalendis Januarii, 1824. }*

דברי הספר אל-עין הקורא

אלי סורי	הבחורים	קרבו כל הג'	ערים ערים
נופת תפופ'	נה שפתותי	עם אלה הד'	ברים ברים
בי הוסדו	כל-המליון	שבין כ"ד הס'	פרים פרים
באתי מוּגָה	שבעתום	קר ייני מש'	מרים מרים
נסמן עלי	מראה מקום	ממליון בק'	דרים דרים
הדפוס יפה	מכלול יופי	לא סר בין הג'	זרים זרים
דרך ישראל	מכשול הוסר	תחזו בו מי'	שרים שרים
פי האלם	אפתח אפכת	עיני כל ה'	עברים עורים
רבים אחיט	אם ישמעו	אם אחר נמ'	סרים סרים
אתן לקח	במעט מקח	אל-משמעתי	שרים שרים

GENEROSISSIMIS

ET

ILLUSTRIBUS DOMINIS,

D. ADOLPHO, D. ARNOLDO JUSTO,

D. GUILHELMO HENRICO,

FRATRIBUS GERMANIS,

COMITIBUS IN BENTHEIM, TECKLEBURG, STEINFURT ET LIMPURG

DOMINIS IN RHEDA, WEFELINGHOFEN, ALPEN ET HELFFENSTEIN :

LIB. BARONIBUS IN LENNEP :

PÆFECTIS HÆREDITARIIS COLONIENSUM, ETC.

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS GRATIAM ET PACEM A DEO

PRECATUR

JOHAN. BUXTORFIUS.

INTER infinita Dei clementissimi in ecclesiam, cujus et vos illustres et generosissimi D. D. comites, tutores estis, collata dona, linguarum donum tantum est, ut eo, tanquam medio accommodatissimo, Dei vivi et veri, cœli terræque creatoris, ipsiusque sanctissimi verbi cognitio inter gentes infideles, ab ecclesia et republica Israëlîs remotas, eruperit, propagata et conservata sit. Primitus enim Dei cognitio purior et perfectior vigebat tantum in populo uno, circumscripta linguâ unâ, nempe Hebræâ in populo Hebræo, quem solùm Deus pro suo beneplacito, ex omnibus aliis mundi populis, in peculium sibi elegerat, et fœdus gratiæ, verbo scripto comprehensum, cum ipso inierat. Cùm verò populus iste progressu temporis, majori ex parte perfidus et refractarius fieret, statuit Deus pertinacissimâ populi malitiâ et ingratitude offensus, fœdus suum tantum in reliquis fidelibus conservare, et in refractariorum locum exterâs gentes assumere, easque ad sui agnitionem vocare. Hoc mediatè factum, et equidem consilio Dei suspiciendo ac

providentia admirabili. Subtraxit Judæis immorigeris animarum pastores prophetas, sustulit reges tutores corporum, et conservatores tranquillitatis publicæ. Inde res ipsorum cœperunt magis magisque pessum ire, religio concidere, sectæ irrupere, cultus verus Dei labascere et in fictitium converti. Tunc nulla pax domi, horribilis exagitatio foris: rapiabantur, distrahebantur inter vicinas gentes, ac inter eas Ægyptiis et Græcis adeo familiares facti sunt, ut et linguam Græcam singulari Dei consilio addidicerint. Interea suscitatur Deus animum Ptolomæi, Ægyptiorum regis, quem Philadelphum cognominarunt, ut cùm esset omnium scientiarum et sapientium virorum amantissimus et cupidissimus, ac aliquot centena millia librorum ex toto orbe collegisset; res quoque Hebræorum sibi describi, ac maximè legem ipsorum pernoscere cuperet. Quid fit? impetrat ab Eleazare summo Judæorum pontifice septuaginta duos selectissimos viros, qui Sacram Scripturam ex Hebræa in Græcam linguam ipsi transtulerunt, idque circa annum cclxxx ante natum Christum. Rex ingenti gaudio affectus, eos re benè gestâ, cum muneribus amplissimis Hierosolymam remittit. Hic demum prima fundamenta conversionis gentium infidelium ad Deum jaciuntur; hic cognitionis Dei inter gentes sparguntur semina, quæ paulatim in culmum assurgere, et postmodum irrigante Christo et apostolis, in segetem uberrimam excrescere debebant: hic quæ ter mille et aliquot centenos annos a condito mundo gentes latuerant, communi et longè lateque tum patente linguâ innotescunt: hic thesaurum salutis gentes accipiunt ab iis, qui eas abominabiles, et ne terrâ quidam dignas antea judicaverant. Singulare scilicet hoc fuit Dei consilium, ut illi ipsi, qui Messiam, Christum Dominum, spreturi et rejecturi erant, Christum gentibus amplectendum manifestarent: ut verbum, quod sibi solis a Deo concreditum semper gloriati erant, nunc ultrò et fideliter cum gentibus communicarent. Scilicet, ut Eusebius scribit, ne si post Christi adventum id faciendum fuisset, vel ex invidia, quâ erga Christum et Christo fidentes laborarunt, Sacram Scripturam occultassent, vel corruptam dedissent, vel illorum, qui versuri eam fuissent, fides dubia apud posteros semper mansisset. Quàm avidè autem ea acceptata, et latè divulgata fuerit, docent Christi tempora, quibus adè in ecclesiis pervulgata erat, ut jam verbum Dei planè ab Hebræis ad Græcos transiisse visum fuerit. Hæc itaque verbi divini inter gentes, per translationem ex lingua Hebræa in linguam Græcam propagati, exoptata et salutaria fuere initia.

Christo in plenitudine temporis mundo exhibito, ut Dei nomen celebre ab oriente in occidentem usque redderetur. rursus beneficio linguarum opus fuit, ut Christus cuique genti et nationi secundum suam linguam

prædicaretur et innotesceret. Quocirca anno Christi xxxiv in festo Pentecostes Judæis ex omnibus nationibus Hierosolymis congregatis, ac diversis linguis utentibus, Spiritus Sanctus in apostolos cælitùs mittitur, “et cœperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus ille dabat eis effari,” ut est Actor. II. 4. ita ut singulæ nationes eos suâ linguâ loquentes, maximo cum stupore audirent et intelligerent. Locuti etiam sunt postea omnium istarum gentium linguis, ad quas egressi sunt, ut Christum prædicarent.

Post apostolos verbum Dei scriptum, Veteris quidem Testamenti, Septuaginta interpretum versione Græcâ, Novi autem ab evangelistis et apostolis itidem Græcâ linguâ comprehensum, in ecclesiis populi Dei permanet, cujus puritas beneficio linguæ Hebraicæ conservata fuit.

Circa annum Christi cxxix, sub Imperatore Ælio Hadriano, Aquila Ponticus ex gentili Christianus, ex Christiano Judæus factus, Judæorum linguam, id est, Hebraicam discit, ac de novo Vetus Testamentum ex Hebræo in linguam Græcam transfert. De hoc Hieron. in Epist. ad Pamachium: “Aquila proselytus et contentiosus interpres, non solum verba, sed etymologias verborum transferre conatus est,” etc. et Com. in Iesaiam cap. IV. “De Aquila autem non miror, quòd homo eruditissimus linguæ Hebraicæ, et verbum è verbo exprimens,” etc.

Anno Christi clxxx, sub Imp. Commodo innotuit Theodotionis Pontici interpretatio Græca, de qua Epiphanius lib. de Mensuris: “Post hunc circa secundi Commodi regnum, Theodotion quidam Ponticus, ex sectatoribus Marcionis hæresiarchæ Sinopitæ, infensus et ipse illius hæresi, et ad Judaismum declinans, et circumcisis, et Hebræorum linguam ipsorumque elementa edoctus, privatim etiam ipse interpretationem et pleraque consonanter cum Septuaginta duobus, edidit.”

Anno Christi cc, sub Imperatore Severo, Symmachus à Samaritanis ad Judæos in Christum credentes (appellantur Judæi, quòd circumcisionem retinerent) deficiens, novam Sacræ Scripturæ interpretationem Græcam edidit. De hoc Hieron. in cap. XXXII. Jer. scribit, quòd “non verbum ex verbo, ut ante ipsum Aquila, sed sententias sententiis juxta intelligentiæ ordinem expresserit.”

Anno Christi ccxix, Imper. Anton. Caracalla, scribit Epiphanius, inventam esse in urbe Jericho aliam Sacræ Scripturæ ex Hebræo in Græcum interpretationem, quæ quinta editio appellata fuit.

Anno Christi ccxxx, denuo nova reperta est interpretatio, quæ sexta editio dicta. De hac Epiphanius citato libro: “post hunc regnavit Alexander filius Mamææ annos tredecim: in medio horum temporum inventa est sexta editio in Nicopoli ad orientem sita.”

Origenes circa hæc tempora, studio conservandæ Sacræ Scripturæ in ecclesia adductus, conjunxit primùm quatuor priores Græcas, LXX, Aquilæ, Theodotionis et Symmachi, ita ut columnis oppositis sibi responderent, eaque appellata fuere Biblia Tetrapla. Postmodùm præmittens illis textum Hebraicum Hebraicis characteribus scriptum, et eundem Græcis literis exaratum, appellavit ea Hexapla. Denique cùm in ventæ essent quinta et sexta editiones, eas quoque prioribus, distinctis columnis, addidit, unde emanarunt Octopla, ut Epiphanius dicto loco prolixè explicat.

Circa annum Christi ccc et paulò ulteriùs, LXX interpretum translatio emendata fuit per Lucianum martyrem et Hesychium. De his Hieronymus in præfat. lib. Paral. sic scribit: “ Alexandria et Ægyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem: Constantinopolis usque Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat: mediæ inter has provinciæ Palæstinos codices legunt, quos ab Origine elaboratos Eusebius et Pamphilus evulgarunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat.” De Luciano martyre scribit Eusebius: “ Ipse omnes libros sacros rursus sumpsit, et ex lingua renovavit Hebraica, quam ipsam sciebat quoque accuratissimè, in eis corrigendis plurimùm laboris conferens.”

Circa annum Christi cccc Hieronymus Stridonensis, omnium Christianorum primus, cùm ante viginti annos Hierosolymis à Judæis linguam Hebræam discere cœpisset, Biblia Hebræa in linguam Latinam transtulit, et in occidentales Ecclesias verbum Dei propagavit. Translatio ipsius longè lateque ab ecclesiis acceptata fuit. Post Hieronymi tempora studium linguarum sacrarum diu cessasse videtur: unde non tantùm translatio ipsius graviores depravationes passa est, quàm nunquam antea Biblia Græca, (quæ subinde suos cultores et restauratores habuere) sed et in universa doctrina ecclesiæ, horrendæ tenebræ obortæ sunt, quæ ad mille ferè annos durarunt.

Anno Christi mccc Nicolaus Lyranus Hebraicè peritissimus, Biblia Latina commentariis quidem illustravit, at de textu Latino cum fonte Hebræo conferendo, parum aut nihil ab eo tentatum est.

Tandem Deus clementer ecclesiæ suæ misertus, excitavit circa annum MD linguarum studiosissimos et peritissimos viros, qui turbatorum lacuum pertæsi, Scripturam Sacram ex fontibus Hebræis abluerunt, eamque vero suo nitore restituere, agminatim conati sunt.

Anno Christi MDXV in Hispania prodiit insigne opus Biblicum Complutense, studio Francisci Simenii, Archiepiscopi Toletani.

Sequenti anno, editum est in Italia Psalterium Octoplum, Hebraicè, Græcè, Arabicè, Chaldaicè, cum tribus versionibus Latinis, et commentario

ex Hebræis potissimum scriptoribus elaborato, per Aug. Justinianum Genuensem, episcopum Nebiensem.

Anno Christi MDXXVIII in Gallia Santes Pagninus Lucensis post Hieronymum primus, Biblia Hebræa integra in Latinum fidelissimè convertit.

Anno MDXXXIV in Germania Sebastianus Munsterus, et paulò post, Sebastianus Castalio, similiter magna fide et diligentia Biblia Hebræa Latinè interpretati sunt.

Anno MDXLIH prodiit versio Latina Leonis Judæ, Theologi Tigurini, religione et fide summâ elaborata.

Anno MDLXVIII insecuta sunt Biblia regia Hispanica, Hebraica, Chaldaica, et Græca, cum totidem Latinis versionibus, studio incredibili, labore et diligentia admirabili, ac laude Regis sempiternâ, per Ariam Montanum adornata.


Postremò, viri incomparabiles Immanuel Tremellius et Franciscus Junius, suam quoque versionem, perpetuis textûs notis diligentissimè illustratam, ecclesiæ exhibuerunt. Præter hosce publicos in universam ecclesiam redundantes labores, privatim etiam singulæ penè nationes in sua lingua vernacula, versiones biblicas hoc seculo consecutæ sunt.

Vidimus verbum Dei per beneficium cognitionis linguæ Hebraicæ inde à tempore LXX interpretum, à trib. sc. fermè seculis ante natum Christum, in sua puritate conservatum, aut cum longinquitate temporis et librarium incuriâ depravatum esset, ad suam puritatem, quantum quidem divina gratia humanæ concessit industriæ, ad hæc usque tempora reductum esse. Quantâ itaque laude digni sunt etiam illi, qui studium Hebraicum inter Christianos illustrarunt et propagarunt? Inter hos post Hieronymi tempora, Christianorum primus fuit Johannes Capnion Phortzensis vulgò Reuchlin dictus, U. J. D. et Maxim. Imperatoris ac Eberhardi primi Wirtebergens. Ducis consiliarius, et totius Sueviæ triumvir. Hic anno Christi 1494 edidit librum de verbo mirifico, arcanâ Hebræorum sapientiâ refertum: anno 1506 grammaticam et lexicon Hebraicum, et decennio post, libros tres de arte Cabalistica. Hunc attigerunt in Hispania Petrus Galatinus: in Italia Felix Pratensis, Daniel Bombergus, Elias Levita Judæus Germanus Romæ tunc degens: in Gallia Santes Pagninus, Guilhelmus Postellus, Franciscus Vatablus: subsecuti sunt Johannes Mercerus, Cornelius Bertramus, Ant. Rodolphus Cephalerius: in Germania Sebastianus Munsterus, Johannes Forsterus, Paulus Fagius, Johannes Avenarius et plurimi alii, qui vel præceptis vel lexicis, ve utroque Hebraicum studium mirum in modum propagarunt. Adeò potens isto seculo fuit Dei erga ec-

clesiam suam gratia, ad tam densas mille annorum tenebras discutiendas et profligandas.

Jam verò, ut ad vos illustres et generosissimos DD. Comites, propiùs sermonem dirigam, cùm divinæ providentiæ placuerit, me ex omnibus minimum, ad docendam linguam Hebræam in celeberrima Basileensi Academia vocare, studui pro viribus. Spartam nactam exornare, et assiduitate augere. Etsi autem meæ mihi tenuitatis in hisce studiis probè conscius sim, tamen monente apostolo, “ ut quisque accepit donum, ita alius in alium illud subministrantes, boni estote dispensatores variæ Dei gratiæ,” 1 Pet. IV. 10. volui quoque qualiacunque dona mihi ex gratia concessa, ad publicam utilitatem conferre. Adornavi nunc breve hoc Lexicon Hebraicum et Chaldaicum ad usum studiosorum theologiæ, qui magnæ molis libros circumferre nequeunt. In ea voces omnes Veteris Testamenti, quatenus illud Hebraicè et ex parte Chaldaicè conscriptum fidâ curâ explicantur. Non pauca etiam loca obscura et difficilia illustrantur. In subsidium adhibui Chaldæos et Hebræos interpretes, priscos et recentiores, quotquot mihi illorum copia esse potuit. Ex illorum auctoritate quàm sæpissimè lux infertur locis ab interpretibus nostris diversimodè redditis. Huncce meum laborem qualemcunque vobis, generosissimi DD. Comites, inscribere et dedicare volui, tum, ut esset testimonium publicum memoris et grati mei animi, pro favore summo ac singulari multiplicique benevolentia et clementia erga me vestra, quam ante viginti annos primùm in illustri schola Nassovia, deinde hîc Basileæ, postremò etiam Argentinæ, magno meo cum gaudio expertus sum. Quæ benevolentia vestra, ut perpetuam apud me memoriam pro merita est, ita eandem quoque in posterum erga me constantem futuram, haud dubius spero. Altera causa, quoniam divina clementia vobis dedit, ut sitis in eorum numero, qui ecclesiæ et scholarum, fidi et liberales dicuntur et sunt nutritii: quâ virtute quæ major in principe et in eminentia constituto dominatore esse potest? Præclarum profecto *κατ’ ὄρωμα* per inclytum parentem vestrum D. Arnoldum benedictæ memoriæ. Filius Dei præstitit, quòd sublato in sublime Veritatis Vexillo ecclesiam inter tot turbas et immania rerum discrimina reformarit, et illustrem Scholam Steinfurtanam, inter tot hostiles incursiones, direptiones, depopulationes prudenter fundarit, liberaliter ornarit, feliciterque erexerit. Eò non tantùm pietatis in Deum, et fidei in patriam fidosque ac charos patriæ accolat, sed et benevolentia erga externos remotiores, testimonium editum est luculentissimum. Vigent enim illic nunc variæ doctrinæ erudita studia, aluntur in præcipuis scientiis viri clarissi-

mi et doctissimi, fluunt undique juvenes et studiosi literarum flagrantissimi. Audivi, vidi, novi, qui non tantum ex hisce Helvetiæ partibus sed et ex aliis nationibus inde redeuntes, liberales studiorum fructus illic acquisitos prædicarent. Hanc laudem pietate fundatam, in longinquum profitebitur subsecutura posteritas. Quare cum vos ipsi, generosissimi Comites, variarum linguarum et rerum cognitione optimè imbuti, ad pietatis et doctrinarum præclara studia conservanda, cum paterna institutione, tum proprio pietatis zelo, summè propensi sitis, optimam spem concipio, fore ut et hosce meos conatus ad studium theologiæ, quod in vera intelligentia verbi divini lingua Hebræa et Græca conscripti, fundamentum habet, promovendum, benignè et clementer approbaturi sitis. Quod cum de vobis intellexero, abundè magnum horum studiorum fructum consecutus videbor. Oro autem Filium Dei, Jesum Christum, ut det vobis diu videre terram vestram pace, concordia, religione, disciplina florentem, ad Dei gloriam et ecclesiæ bonum. Scripsi Basileæ, 17 Aug. anno Domini MDCVII.



JOHANNIS BUXTORFII

EPITOME

R A D I C U M

HEBRAICARUM ET CHALDAICARUM.

אבב

א

אבב

אבב אבב, nomen masc. *culmus, spica mutica*, Ex. IX. 31. *arista virens*, Lev. II. 14. Inde mensis אבב, Ex. XIII. 4. id est, *Martius*, quasi mensis spicarum, quia hordeum legitur tunc fuisse spicatum, Exod. IX. 31.

אב, m. *viror, virens, fructus recens*, formæ אבב cum affixo, **אבב**, *in virore suo*, Job. VIII. 12. plurale constructum, **אבב**, *in virentia vallis*, Cant. VI. 11.

אבב, m. Chal. idem: aff. **אבב**, *fructum ejus*, Dan. IV. 11. **אבב**, *et recens fructus ejus*, Dan. IV. 9, 11. ubi אבב est loco Dagesch. Radix אבב, *primum vel præcocem fructum producere*, legitur in Targum, Hos. IX. 10.

אבב *perit, interit*: partic. Benoni אבב, *periens, vel perdita*, Deut. XXXII. 28. in Pathach, propter constructionem, ut Aben Esra recenset. Fut. **אבב**, *peribit*, Prov. XIX. 9. in Tzere propter pausam. Chald. futur. **אבב**, *peribunt*, Jer. X. 11. Pih. **אבב**, *perire fecit, perdidit*: futurum **אבב**, *et perdidit te*,

Ezech. XXVIII. 16. pro **אבב** euphoniae causa. Hiph. præter. **אבב**, *et perdet*, Num. XXIV. 19. Futur. **אבב**, *perdam*, Jer. XLVI.

8. א radicali abjecto, et Cholem ex forma Kal, vel certè Chaldaica, assumpto. Chald. infinit. **אבב**, *ad perdendum*, Dan. II. 12. et in Aleph **אבב**, ver. 24. Futurum, **אבב**, *perdes*, ver. 24. **אבב**, *perderent*, ver. 18. in quibus א radicale mutatum in א, et ה characteristicum ex Hebraismo servatum, loco א. Hophal, præter. **אבב**, *perditum fuit*, Dan. VII. 11.

אבב, m. *perditio*, Num. XXIV. 20. quibusdam tamen manet participium Kal. Est forma **אבב**.

אבב, f. *res perdita, sive amissa*, Levit. V. 22. constr. **אבב**, *omni rei amissæ fratris tui*, Deut. XXII. 3.

אבב, m. *perditio, perditionis locus, interitus*, Job. XXVIII. 22. Prov. XV. 11.

אבב, f. idem, Prov. XXVII. 20. quod legitur **אבב**.

אבב, m. idem: constructum,

בְּאַבְדָּן מוֹלַדְתִּי, *in perditionem cogitationis meae*, Esth. VIII. 6. juxta Aben Ezzram.

אַבְדָּן, m. *perditio, perditionis, locus, interitus*, Esth. IX. 5. quod juxta R. D. Kimchi possit esse infinitum Pihel, cum ך paragogico et Dagesch ejecto.

אַבָּה *voluit, acquievit*: construitur sæpè cum dat. et ferè ad-dita negatione: præter. לֹא אָבָה לִי, *non acquievit mihi*, Ps. LXXXI. 12. וְלֹא אָבוּא, *et non voluerunt*, Ies. XXVIII. 12. cum א paragog. fut. אֶל תִּבְּא, *ne acquiescito*, Prov. I. 10. ubi prima radicalis abjecta, et ter-tia in א mutata est.

אַב, m. *pater*, a propensa volun-tate erga liberos, quasi benevolus dictus: item *auctor, inventor primus*, Gen. IV. 20. *doctor*, 2 Reg. II. 12. id est, רַבִּי juxta paraphrasten Chaldæum: *socer*, affinitate pater, 1 Sam. XXIV. 12. Tribuitur et re-gibus, principibus, heris, dominis, qui officio suis ministris, subditis aut domesticis, patrum loco sunt, ut 2 Reg. V. 13. Denique inclu-dit et avum et proavum, et plura-liter, quoslibet majores: constr. אָבִי et bis אָב, Gen. XVII. 5. aff. אֶת־אָבִי, *cum patre meo*, Gen. XIX. 34. cum Kametz ad differentiam for-mæ constructæ: plurale אָבוֹת, *pa-tres, majores*; constr. אָבוֹת: aff. אָבוֹתַי, *patres, vel majores mei*, Ps. XXXIX. 13. Chald. אָב, aff. אָבוּךְ, *pater tuus*, Dan. V. 11. אָבוּהִי, *pater ejus*, Dan. V. 2. אָבִי, *pater meus*, ver. 13. plurale אָבֹהֵי, *patrum meorum*, Dan. II. 23. cum Chirek loco Pathach: אָבֹהֵיךָ, *patrum tuo-rum*, Esr. IV. 15. אָבֹהֵינָא, *patres nostri*, Esr. V. 12.

אַבָּה, m. *voluntas, desiderium*:

עַם אֲנִיּוֹת אָבָה, *cum navibus desi-derii*, Job. IX. 26. id est, velocibus, in quibus homines citò compotes fiunt desiderii sui, perveniendo, quò volunt, et desiderant, ut explicat R. Levi Gerson, et R. David.

אָבִיוֹן, m. *egenus*, quasi deside-rans dictus: cùm enim sit attenuatus et bonis destitutus, semper habere desiderat, scribit R. Sal. Ex. XXIII. 6. et Deuter. XV. 4. aff. אָבִיוֹנֶךָ, *egeni tui*, Exod. XXIII. 6. plurale אָבִיוֹנִים et const. וְאָבִיוֹנֵי, *egeni*, Ex. XXIII. 11. aff. אָבִיוֹנֶיהָ, *egenos suos*, Ps. CXXXII. 15.

אָבִיוֹנָה, f. *appetitus, concupiscen-tia*, Eccles. XII. 5.

אָבִוִי, *heu, eheu*, Prov. XXIII. 29.

אָבִי, *ah, O*, optandi et desiderandi affectum significans, Job. XXXIV. 36. Quibusdam, voluntas mea: pa-ter mi.

אַבְחָה אַבְחָה, f. *cuspis, mucro*: const. אַבְחַת חָרֵב, *mucronem gladii*, Ez. XXI. 20. interpretes Hebræi variant: alius *terrorem*, alius *mac-tationem*, alius *clamorem* exponit, respiciendo ad radices אַבְחָה, *טבח, טבח*, per literarum commutationem. * בְּטַח אַבְטַחִים אַבְט * vide in בְּטַח.

אַבַּךְ Hithpah. הִתְאַבַּךְ, *ele-vari, elevare se*: futur. יִתְאַבְּכוּ, *elevabunt se*, juxta Aben Ezzram, Ies. IX. 17. Quidam, *in minutissimum pulverem abibunt*, quasi ab אָבַק אָבַק Caph et Koph permutatis.

אַבֵּל *lucit, in luctu fuit*: tri-buitur etiam metaphoricè inanima-tis. Præter. אָבֵל תִּירוֹשׁ, *luget mus-tum*, Ies. XXIV. 7. Hiph. הִיאֵבֵל, *lugere fecit, luctum attulit*. Præter. הִיאֵבֵלְתִי, *luctum attuli*, Ez. XXXI. 15. fut. וַיֵּאֲבֵל־חֵיל, *et luctum attulit*

munitioni, Thren. II. 8. Hithp. præt. **הַתְּאֵבֵל**, *luxit*, 1 Sam. XV. 35.

אֵבֵל, m. *lugens*; at 1 Sam. VI. 18. juxta paraphrasten Chald. et R. Salomonem, ponitur pro **אֵבֵן**, *lapis*, ut ex ver. 15. liquet: est et proprium nomen loci à luctu sic dicti, Gen. L. 11. const. **בְּאֵבֵל-אֵם**, *sicut lugens matris*, Ps. XXXV. 14. plural. **אֵבֵלִים**, *lugentes*: const. **לְאֵבֵלֵי צִיּוֹן**, *lugentibus Tzionis*, Ies. LXI. 3. Fœminin. plural. **אֵבֵלוֹת**, Thren. I. 4.

אֵבֵל, *luctus*, Gen. XXVII. 41.

אֵבֵל, *at, ast, sed, verùm, verum-tamen, immò.*

אֵבֵל, vide in **יָבֵל**.

אֵבֵן, f. *lapis*; metonymice, *pondus*, Deut. XXV. 13. *perpendicularium: massa*, ut *lapis plumbi*, Zach. V. 8. *Lapis stanni*, Zach. IV. 10. aff. **אֵבֵנוּ**, *lapidem suum*, 2 Reg. III. 25. Chald. **אֵבֵן**, *lapis*, Esr. V. 8. et forma emphatica **אֵבֵנָא**, Dan. II. 35. plur. **אֵבֵנִים**, f. *lapides, pondera, perpendicularia*: const. **אֵבֵנֵי שֹׁהַם**, *lapides onychis*, Ex. XXVIII. 9. aff. **אֵבֵנֵיהֶם**, *lapidum eorum*, Neh. III. 35. **אֵבֵנֶיהָ**, *lapides ejus*, Deut. VIII. 9.

אֵבֵנִים, m. d. *sellæ parturientium*, Exod. I. 16. *sellæ, tabulæ figulorum*, Jer. XVIII. 3.

אֵבֵנט, m. *balteus*, Levit. VIII. 13. aff. **וְאֵבֵנְטָהּ**, *et balteo tuo*, Ies. XXII. 21. plur. **אֵבֵנְטִים**, Exod. XXVIII. 40.

אֵבֵס *saginare*: particip. Pahul **אֵבֵס**, *saginat*, Prov. XV. 17. plur. **אֵבֵסִים**, 1 Reg. V. 3.

אֵבֵס, m. *præsepe*, quasi *sagina-*

torium: **בְּאֵין אֵלְפִים אֵבוּס בָּר**, *cùm non fuerint boves, præsepe mundum est*, Prov. XIV. 4. plur. cum aff. **אֵבוּסְיָהּ**, *præsepia tua*, Job. XXXIX. 9. quasi ab **אֵבוּס**.

מֵאֵבוּסִים, m. p. *granaria*: aff. **מֵאֵבֻסְיָהּ**, *granaria, horrea ejus*, Jer. L. 26.

אֵבֶק, m. *pulvis, pulvisculus*: const. **אֵבֶק רְגְלוֹ**, *pulvis pedum ejus*, Nah. I. 3. aff. **אֵבֶקֶם**, *pulvis eorum*, Ezech. XXVI. 10.

אֵבֶקָה, f. idem: unde const. **מִכָּל רֵבֶל אֵבֶקֶת רֵבֶל**, *præ omni pulvere aromatarii*, Cant. III. 6.

נִאֵבֶק, niph. *luctari*, quòd hoc in pulvere fieret, unde, *fulvâ luctantur arenâ*, apud Virgil. Et, *in arenam descendere*. Futurum **וַיִּאֵבֶק**, *et luctatus est*, Genes. XXXII. 25. infin. cum aff. **בְּהֵאֵבֶקוּ**, *in luctando ipsum*, Gen. XXXII. 26.

אֵבֵיר, m. *robustus, fortis*, *potens, validus*: const. **אֵבֵיר יַעֲקֹב**, *robustus Jacobi*, Gen. XLIX. 24. **אֵבֵיר יִשְׂרָאֵל**, *fons Israël*, Ies. I. 24.

אֵבֵיר, m. idem: **בְּאֵבֵיר**, *ut potentissimus*, Ies. X. 13. pro **בְּאֵבֵיר**, et juxta Masorethas legendum **בְּבֵיר** Plur. **אֵבֵירִים**, *robusti*: synecdochice *tauri, juveni, equi*, quòd his robur competat, unde, *fortes invertant tauri* apud Virgil. Et, *non fortitudine equi delectatur*, Ps. CXLVII. 10. const. **אֵבֵירֵי בָּשָׁן**, *robusti juveni Baschanis*, Psal. XXII. 13. aff. **אֵבֵירֵי**, *fortes meos*, Thren. I. 15.

אֵבֶר, m. *penna, ala*, quòd in iis robur avium sit, **אֵבֶר בִּיוֹנָה**, *alas quasi columbæ*, Psal. LV. 7.

אֲנֶרֶה, f. *penna, ala*, Job. XXXIX. 13. aff. אֲבָרְתוֹ, *alas suas*, Deut. XXXII. 11. plur. cum aff. אֲבָרְתֶיהָ, *pennæ ejus*, Psalm. LXVIII. 14. הָאֲבִיר, Hiph. *volare: futurum* יֵאֲבָרְנֵץ, *volabit accipiter*, Job. XXXIX. 26.

אֲנָדָה, f. *fasciculus*, metaphorice; *cuneus, agmen militum*: constr. אֲנָדַת אֲזוּב, *fasciculus hyssopi*, Exod. XII. 22. aff. וְאֲנָדַתוֹ, *et cuneum suum*, id est, hominum et animalium turmas, Amos IX. 6. plur. אֲנָדוֹת, *fascès, sarcinæ*, Ies. LVIII. 6.

אֲנָזוּ אֲנֹ, m. *nux*, juxta Hebræos interpretes communiter, Cant. VI. 11. quidam, *tonsio, putatio, collocatio*, quasi à בָּזוּ.

אֲנָל, m. *gutta*: plural. constr. אֲנָלֵי טָל, *guttas roris*, Job. XXXVIII. 28.

אֲנָם, m. *stagnum*, Ies. XXXV. 7. plur. אֲנָמִים, *stagna*, Ies. XLII. 15. constr. וְאֲנָמֵי־מַיִם, *et stagna aquarum*, Ies. XIV. 23. aff. אֲנָמֵיהֶם, *stagna eorum*, Exod. VII. 19. ex quibus Dagesch euphoniæ causâ ejectum est, aut sunt à forma אֲנָמִים inquit Kimchi.

אֲנָמוֹן, m. *juncus*, à stagnis, in quibus crescit, Ies. LVIII. 5. *cor-tina, ahenum majus*, Job. XLI. 12. quomodo et יָם, *mare*, ad vas amplum refertur ut est suo loco.

אֲנָן, f. *crater*, Cant. VII. 3. pl. בְּאֲנָנוֹת, *in crateribus*, Exod. XXIV. 6.

אֲנָפִים, masc. p. *alæ*; metaphorice, *agmina*, quomodo La-

tinis alæ equitum, alæ legionum dicuntur. aff. אֲנָפָיו, *agmina ejus*, Ezech. XII. 14.

אֲנָר, *collegit, conguessit, comportavit*: præter. אֲנָרָה בְּקִצִיר, *comportat in messe*, Prov. VI. 8. partic. אֲנָר בְּקִיץ, *congregans in æstate*, Prov. X. 5.

אֲנָרָה, vide in גָּר. אֲנָרַת, fœm. *epistola, literæ*, sic dictæ quòd in ea variæ res comportentur, Neh. VI. 5. Chald. אֲנָרָא, f. *epistola*, Esr. IV. 8. emph. אֲנָרַתָא, ver. 11. plur. אֲנָרֹת, *epistolæ*, Neh. II. 7. aff. אֲנָרֹתֶיהָ, *litteras suas*, Neh. VI. 17.

אֲנָרְטָל, m. *pelvis, pollubrum*: plur. const. אֲנָרְטָלֵי זָהָב, *pelves aureæ*, Esræ I. 9.

אֲנָדָב, Hiph. הֵאֲדִיב, *cruciavit*. infin. וְלֵאֲדִיב, *et ad cruciandum*, 1 Sam. II. 33. vide גָּאָב.

אֲנָדָם, *rubere, rubrum, rufum esse*: præter. אֲנָדְמוּ, *rubebant*, Thren. IV. 7. Pyh. part. מְאָדָם, *rubricatus*, Nahum II. 4. plur. מְאָדָמִים, *rubricatæ, rubefactæ*, Ex. XXV. 5. Hiph. futurum יֵאֲדִימוּ, *si rubra fuerint*, Ies. I. 18. Hithp. futurum בְּיִתְאָדָם, *cùm rubescit*, Prov. XXIII. 31.

אֲנָדָם, m. *ruber, rufus, rubicundus*: plur. אֲדָמִים, *rubentes*, 2 Reg. III. 22. fœmin. אֲדָמָה, *rufa*, Num. XIX. 2.

אֲנָדָם, m. *pyropus, rubinus, lapis pretiosus*, Exod. XXVIII. 17. et XXXIX. 10. Ezech. XXVIII. 13.

אֲנָדָם, m. *homo*, quia fuit creatus עֶפְרָה מִן הָאֲדָמָה, *pulvis ex terra*,

Gen. II. 7. Interdum generalitatem utriusque sexus significat, interdum distributivè, *quisque*, ut Levit. I. 2.

אֲדָמָה, c. terra, culta propriè, rubri sive argillacei coloris: const. אֲדָמַת קֹדֶשׁ, terra sanctitatis, Ex.

III. 5. aff. עֶבֶד אֲדָמָתוֹ יִשְׁבַּע לָחֶם, colens terram suam saturabitur pane, Prov. XII. 11. plur. אֲדָמוֹת, terræ, Psalm. XLIX. 12.

אֲדָמָדָם, *subrubidus*, Lev. XIII. 42. fœm. אֲדָמָדָת, *subrubida*, ver.

43. plur. אֲדָמָדָמוֹת, Lev. XIV. 37.

אֲדָן, m. *stylobates, basis*, Exod. XXXVIII. 27. plur. אֲדָנִים

et const. אֲדָנִי, Exod. XXVI. 37.

aff. וְאֲדָנֵיהֶם, et *stylobatas earum*, Exod. XXXVIII. 10. אֲדָנֵיהָ, *bases ejus*, Job. XXXVIII. 6.

אֲדוֹן, m. *dominus, de deo et hominibus*, Jos. III. 11. Mich. IV. 11. aff. אֲדוֹנִי, *dominus meus*, Gen. XXIII.

15. de Abrahamo: plur. אֲדוֹנִים, *domini*, dicitur de uno et pluribus. De uno Abrahamo, Gen. XXIV. 9.

Potiphare, Gen. XXXIX. 2. Pharaone, Gen. XL. 1. Josepho, Gen. XLII. 30. vide Jud. III. 25. 2 Sam. XX. 6. de uno deo, Ps. CXXXVI.

3. Mal. I. 6. const. אֲדוֹנִי. aff. אֲדוֹנֵי, *domini ejus, pro dominus ejus, passim.* Sic אֲדוֹנֵיךָ, *domini tui*, singulariter, Gen. XXIV. 51.

אֲדוֹנֵי, *domini mei*, cum Patach de hominibus; אֲדוֹנֵי cum Kametz, de deo et angelis divinis, et habet sensum singularem.

אֲדוֹן, Chal. *tunc*: בְּאֲדוֹן, *in tunc*, per pleonasmum, Dan. II. oritur ex Hebræo אָן vel אָוִי commutato

ן in ך.

אֲדָר Niph. part. נִאֲדָר, mag-

nificus, Exod. XV. 11. cum ם paragogico, נִאֲדָרִי, *magnificum exhibes te*, Ex. XV. 6. Hiph. הִאֲדָרִי, *magnificavit, magnificum reddidit*:

וְנִאֲדָרִי, et *magnificum reddidit*, Ies. XLII. 21.

אֲדָר, m. *magnificus: validus*. aff. אֲדָרוֹ, *magnificus ejus*, Jerem. XXX. 21. plur. אֲדָרִים, constr.

אֲדָרֵי הַצֹּן, *magnifici pecoris*, Jer. XXV. 34. aff. אֲדָרִיךָ, *magnifici tui*, Nahum. III. 18.

אֲדָר, m. *magnificentia*, Zach. II. 13. item, *toga, pallium magnificum*, Mich. II. 8.

אֲדָר, m. *Adar*, mensis Februario nostro respondens, Esth. III. 7. Chald. לִירַח אֲדָר, *mensis Adar*, Esræ VI. 15. vide 2 Machab. XV. 37.

אֲדָרַת, f. *magnificentia: toga*, Jos. VII. 21. aff. אֲדָרַתוֹ, *togam magnificam suam, paludamentum suum*, Jon. III. 6. אֲדָרַתָם, *magnificentia eorum*, Zach. II. 3.

אֲדָרָא, Chald. *area*, in Targum sæpe: plur. constr. מִן אֲדָרֵי, *ex areis æstatis*, Dan. II. 35.

אֲדָרְגָרִיא, Chald. m. p. *senatores, judices*, Dan. III. 2. Sunt qui ex אֲדָרִי, *magnificus* et גְּזָר, *decrevit*, compositum existimant, quasi *judices magnificos* dicas.

אֲדָרְוָא, Chald. *sedulò, diligenter*, Esth. VII. 23.

אֲדָרְפָן, m. *drachma: plural*. אֲדָרְפָנִים, *drachmæ*, 1 Par. XXIX. 7. et Esræ VIII. 27.

אֲהַב, *amavit, dilexit*: partic. fœm. cum ם paragogico, אֲהַבְתִּי, *amans*, Hos. X. 11. pro

אהבת. futur. אהב, *diligam*, Prov. VIII. 17. ex forma Chaldaica: תאהבו, *amabitis*, Prov. I. 22. pro תאהבו ut Aleph audiatur: quidam tamen ex Pihel esse volunt. Niph. partic. plur. הַנְּאִהְבִים, *amantes se, dilectissimi inter se*, 2 Sam. I. 23. Pihel: partic. מְאִהְבִים, *amantes, amatores*: מְאִהְבִי, *amantium me*, Zach. XIII. 6.

אהבים, m. p. *amores*, Prov. V. 19. et אהבים, Prov. VII. 18.

אהבה, f. *amor, dilectio*: constr. אהבת נפשו, *amore animæ suæ*, 1 Sam. XX. 17. aff. אהבתי, *amor meus*, Psalm. CIX. 4.

אהה *ahah, ah*, Jud. VI. 22. Interjectio dolentis. Aliàs יהה, Ezech. XXX. 2.

אהי *ubi?* Hos. XIII. 10, 14. quasi pro איה positum. Aliis est futurum, *ero*, per apocopam pro איה *ab יהה*.

אהל, m. *tentorium*, Gen. IV. 20. aff. אהלה, *tentorium ejus*, Gen. XIII. 3. cum ה in fine loco Vau: האהלי, *tentorii mei*, Jos. VII. 21. cum articulo ה et affixo; vide Thesaurum Buxtorfii Grammaticum, Lib. II. cap. 5. in fine: plural. אהלים et אהלי, const. אהלי, aff. לאהליו, *in tentoria sua*, Jud. VII. 8. מאהליך, *a tentoriis tuis*, Job. XXII. 23. Cholem manente vel mutato.

אהל, *tentorium figere, tendere, vel movere*. futurum ויאהל, *et tentoria movit*, Gen. XIII. 12. Hiph. futur. ויהל, *tentorium figet*, Ies.

XIII. 20. pro יאהל abjectâ primâ radicali: יאהיל. Vide in הלל.

אהלים, m. p. *santali*, arbores præstantissimæ, Num. XXIV. 6. cujus ligna siccata, aut fructus, odoris grati sunt, ut liquet ex Prov. VII. 17. et fœm. ויאהלות, *et santali*, Cant. IV. 14. et sic Ps. XLV. 9. vulgò aloën reddunt.

או, *aut, vel, sive*: volunt quidam pro *et, si*, quandoque sumi, sed non necesse est.

אוב, m. *pytho*, qui responsa dando diabolicis artibus homines à deo avocat, Levit. XX. 27. plur. אבות, *pythones*, Levit. XIX. 31. Item, *utres*, unde באבות, *sicut utres*, Job. XXXII. 19. Hinc pythonis significatio juxta Aben Esram, quòd ex tumido ventre, quasi utre oracula depromeret.

אוד, על אודת אודת, *propter, causâ, de*, semper præcedente particula על pro qua semel legitur אהל, 2 Sam. XIII. 16. aff. על-אודתו, *mei causâ, et tui causâ*, Jos. XIV. 6.

אוד, m. *titio, torris*, Amos IV. 11. אודים העשנים, *titiones fumigantes*, Ies. VII. 4.

אוה, Pih. *expetivit, concupivit, desideravit*: præt. אוהתי, *desidero te*, Ies. XXVI. 9. futur. תאוה, *desiderabit*, Deut. XII. 20. נאוה, vide in נאה. Hith. התאוה, *desiderat*, Prov. XXI. 26. והתאויתם, vide in תוה.

או, m. *desiderium* juxta quosdam, Prov. XXXI. 4. vide et in אין.

אוה, *desiderium*: constr. אנת, *desiderium animæ tuæ*, Deut.

XII. 15. aff. בְּאַתָּוִי, *in desiderio meo*, Hos. X. 10.

תְּאִוָּה, f. idem: constr. תְּאִוָּת, לבו, *desiderium cordis ejus*, Psalm.

XXI. 3. aff. תְּאִוָּתוֹ, *desiderium meum*, Psalm. XXXVIII. 10. vide aliam ejus significationem in תְּאִוָּה.

מְאִוִּים, m. p. idem: constr. מְאִוִּי רָשָׁע, *desideria improbi*, Ps. CXL. 8.

אֲחִים אֹוה, m. p. *aves ferales, animalia terribilia*, Ies. XIII. 21. Variant interpretes.

אוֹו, *cheu, va*, Ezech. XVII. 23. et cum הַ paragogico, אֲוִּיהַ, *hei, heu*, Ps. CXX. 5.

אוֹו, *fortassis, fortasse, forsitan*. Est bene sperantis potiùs, quàm dubitantis. Inde R. Salomo Gen. L. 15. vult etiam operantis esse, idem quod לִי, *utinam*. Potest etiam ad אֱלֹהִים referri.

אוֹו, *profectò, certè, veruntamen*, Gen. XXVIII. 19. confirmandi particula quasi ab אוֹו, vide et infra in אֱלֹהִים.

אוֹו, *stultus*, Proverb. XII. 15. אוֹוִּים, idem, Zach. XI. 15. plural. אוֹוִּים, *stulti*, Prov. I. 7.

אוֹוִּיתִי, *stultitia, res stulta*, Prov. XIX. 3. aff. אוֹוִּיתִי, *stultitia mea*, Ps. XXXVIII. 6.

אוֹוִּיתִי, m. *iniquitas, vanitas, molestia, idolum, a vanitate vel molestia*, Ies. LXVI. 3. 1 Sam. XV. 23. aff. אוֹוִּיתִי, *vanitatis, iniquitatis tuae*, Jer. IV. 14. אוֹוִּיתִי, *iniquitatem ipsorum*, Psalm. XCIV. 23. Aliter mox.

אוֹוִּיתִי, m. *robur, potentia, vires, substantia, opes, quomodo cum הוֹוִּיתִי*

convenit, ut D. Kimchi scribit, Hos. XII. 8. Sic autem dicuntur opes, quòd vel robore, vel iniquitate aut molestià et labore parentur, aut quod homines robur suum in iis ponant. aff. אוֹוִּיתִי, *substantiam suam*, Job. XX. 10. אוֹוִּיתִי, *roboris ejus*, Job. XVIII. 7. אוֹוִּיתִי, *potentia mea*, Gen. XLIX. 3. plur. אוֹוִּיתִי, *vires*, Ies. XL. 26. Ps. LXXXVIII. 51. Vide et אֲוִּיתִי.

אוֹוִּיתִי, m. p. *molestia*, Ezech. XXIV. 12.

אוֹוִּיתִי, *ursit, arctavit, pressit, festinavit*: præter. אוֹוִּיתִי, *festinabat*, Jos. X. 13. אוֹוִּיתִי, *ursi*, Jer. XVII. 16. Hiph. futur. אוֹוִּיתִי, *et urgebant*, Gen. XIX. 15. אוֹוִּיתִי, *urgebitis*, Ies. XXII. 4.

אוֹוִּיתִי, m. *præceps, festinus, arctus, angustus*, Jos. XVII. 15.

אוֹוִּיתִי, *lucidum esse, illuminari, lucere, illucere*: præter. אוֹוִּיתִי, *manere illuxerat*, Genes. XLIV. 3. Niph. אוֹוִּיתִי, *lucidum fieri, illustrari, illucere*. part. אוֹוִּיתִי, *illustris factus es*, Ps. LXXXVI. 5. infin. אוֹוִּיתִי, *ut illustretur*, Job. XXXIII. 39. futurum אוֹוִּיתִי, *et illuxit*, 2 Sam. II. 32. Hiph. אוֹוִּיתִי, *lucere fecit, lucidum reddidit, illustravit, illuminavit, incendit*: et intransitive, אוֹוִּיתִי, *luxit, re-luxit*: præter. אוֹוִּיתִי, *ut lux, vel lucidum sit, aut lucem præbeat*, Ex. XXV. 37.

אוֹוִּיתִי, m. *lux, lumen*: aff. אוֹוִּיתִי, *lucem suam*, Job. XXXVI. 30. plur. אוֹוִּיתִי, *lumina*, Ps. CXXXVI. 7.

Quandoque *pluvia*, juxta Hebræos: ut, אוֹוִּיתִי עָבַן אוֹוִּיתִי, *spargit nubes pluviam suam*, Job. XXXVII. 11. Sic Targum, אוֹוִּיתִי, *pluviam suam*: vide et XXXVI. 30.

אָרָא, f. *lux, lumen*, Esth. VIII. 15. plur. **אָרוֹת**, *olera*, 2 Reg. IV. 39. Ies. XXVII. 19. sic dicta, quòd suo virore oculos illustrent, ut Talmudici scribunt in Ioma fol. 18.

אָר, m. *ignis*, à lucendo: *focus*, Ies. L. 11. plur. **בְּאָרִים**, *in ignibus*, Ies. XXIV. 15. **וְאֶת־הָאֲוִרִים**, *et Urim*, Exod. XXVIII. 30. affix. **תְּמִידֵי־וְאֲוִרֵיהָ**, *Thummim tui, et Urim tui*, Deut. XXXIII. 8. quæ qualia fuerint, non scimus, scribit Aben Esra, Exod. XXVIII. 5. Apud Talmudicos legitur **אָרִים** dicuntur **שמאירין את דבריהן** quia illustrent, et explicant verba ipsorum: **שמתמימים תגמים** autem **את דבריהן**, quia perficiunt verba ipsorum: Ioma VII. in fine. Vide Aben Esram dicto loco, et R. Salom. Exod. XXVIII. 30. et ibidem Targum Jonathanis.

אָרוֹת אֲרוֹת, vide in **אָרָה**.

מָאוֹר, m. *lumen, luminare*: const. **לְמָאוֹר פָּנֶיךָ**, *lumini vultus tui*, Ps. XC. 8. plural. const. **מָאוֹרֵי אֹר**, *luminaria lucis*, Ezech. XXXII. 8. fœm. plur. **מָאוֹרוֹת**, Gen. I. 16.

מָאוֹרָה, f. *caverna, specus*: const. **עַל מָאוֹרֶת צְפֹעוֹנֵי**, *super specum viperæ*, Ies. XI. 8.

אוֹת c. *signum, tam nudum*, quàm prodigiosum. Gen. IV. 15. plur. **הָאוֹתוֹת**, *signis*, Exod. IV. 9. **לְאוֹתָת**, *in signa*, Gen. I. 14. aff. **אוֹתָתִי**, *signa mea*, Num. XIV. 22. Chald. **אוֹת**: plur. **אוֹתָיו**, *signa*, Dan. VI. 28. emph. **אוֹתָיָה**, Dan. III. 32. aff. **אוֹתוֹהִי**, *signa ejus*, ver. 33.

אוֹתוֹתֵיהֶן, vide in **אוֹתָתָה**.

אָז *tunc*: **אָזִי**, idem, Ps. CXXIV.

3. **מִן אָז**, *a tunc, ex tunc*, id est, *a quo tempore, ex quo*, Jer. XLIV. 18. **מֵאָז**, idem, Gen. XXXIX. 5. vel *a tunc* pro, *ab æterno, ante ullum tempus*, Ps. XCIII. 2. Prov. VIII. 22.

אָזָה, Chald. *accendi, succendi*: partic. **אָזָה**, *accensa*, Dan. III. 22. pro **אָזָה** vel **אָזִי**. Infinit. **לְמָזָא**, *ad accendendum*, ver. 19. aff. **לְמִזְיָהָ**, *ad accendendum eam*, ibid.

אָזוֹב, m. *hyssopus*, cujus in aspersionibus sacris erat usus, fasciculo ex eo facto, Ex. XII. 22.

אָזַד Chald. *abiit, exiit*. partic. fœm. **אָזְדָא**, *abiit*, Dan. II. 5, 8. Juxta R. Saadiam idem est quod **אָזַל** per commutationem ל et ד.

אָזַל *abiit, digressus est, profectus fuit*. Præter. **אָזַלְתָּ**, *abiit, defecit*, Deut. XXXII. 36. simile vide in **אָזַלְתָּ** futur. **אָזַלְתָּ**, *digredieris*, Jerem. II. 36. quæ sunt ex forma Chald. Chald. præter. **אָזַלְתָּ**, *domum suam abiit*, Dan. II. 17. **אָזַלְתָּ**, *profecti sunt*, Esr. IV. 23. **אָזַלְתָּ**, *profecti sumus*, Esr. V. 8. Imp. **אָזַלְתָּ**, *abi*, ver. 15. cum Tzere loco Hateph Sægol. Pyh. partic. **מָאוֹל**, *abire factus, vagus*, Ezech. XXVII. 19.

אָזַל, m. *itio, abitio, iter*, 1 Sam. XX. 19.

אָזְנוֹ, f. *auris*: aff. **אָזְנוֹ**, *auris ejus*, Ies. XXXIII. 15. Duale, **אָזְנִים**, *aures*, Ies. XLII. 20. const. **אָזְנֵי**, Ies. XXXII. 3. aff. **אָזְנֵי**, *auris ejus*, Ies. XI. 3. **בְּאָזְנֵיכֶם**, *in auribus vestris*, Deut. V. 1.

אָזַן, Pih. *attendit*: præter. **אָזַן**, *et attendit*, Eccles. XII. 9. Hiph.

הָאָזִין, *auribus percepit, aures præ-*
buit, advertit: partic. מִזִּין, Prov.
XVII. 4. pro מִזִּין. Sic fut. אָזִין
aurem præbui, Job. XXXII. 11. pro
אָזִין.

מִזִּין, m. d. *lances, statera,*
trutina: construct. מִזִּין מְרִמָּה,
lances doli, id est, dolosæ, Prov.
XI. 1.

* אָזִין, vide in אָזִין.

אָזִין *cinxit, accinxit*: *accinctus*
fuit: præter. אָזִין, *accinguntur*,
1 Sam. II. 4. Niph. part. אָזִין, *ac-*
cinctus, Psal. LXV. 6. Pih. אָזִין
futur. וְאָזִין, *et accinges me*, 2 Sam.
XXII. 40. pro וְאָזִין ut pro eo
legitur Psalm. XVIII. 40. Hithp.
præt. אָזִין, *accingit se*, Psalm.
XCIII. 1. imper. אָזִין, *accin-*
gimini, Ies. VIII. 9.

אָזִין, m. *cingulum, cinctura*, Ies.
XI. 5.

אָחָה f. *focus*: וְאָחָה לְפָנָיו
מְבַעֲרָת, *et focus coram ipso arde-*
bat, Jer. XXXVI. 22. item *ah, heu*,
Ezech. VI. 11. et XXI. 15. dolentis et
gementis, quasi ab אָחָה vel pro אָחָה
gutturalibus הָ et הָ commutatis:
vide et mox in אָחָה, et in אָחָה.

אָחָה, *euge*, Psal. XXXV. 21. vox
gestientis et insultantis præ lætitia,
unde Chaldaeus plerumque eam vertit
אָחָה, *lætitia*, ut Ezech. XXXVI.
2. Job. XXXIX. 25.

אָחָה, vide suprâ in אָחָה.

אָחָה, m. *unus, quidam,*
primus: per apocopam אָחָה, *unum*,
juxta R. David, Ezech. XVIII. 10.
vel est *frater*, juxta Targum ab
אָחָה ex forma Chaldaica. Per

aphæresin, אָחָה, Ezech. XXXIII. 30.
Chald. אָחָה, *imago una*, Dan. II.
31. foem. אָחָה, *in anno pri-*
mo, Esr. V. 13. אָחָה, *quasi*
hora una, Dan. IV. 16. אָחָה,
simul, una, pariter, Dan. II. 35.
plur. אָחָה, *uni, id est, iidem*,
Gen. XI. 1. *pauci*, Gen. XXVII. 44.
et XXIX. 20. אָחָה, *in una, id est,*
unita, Ezech. XXXVII. 17. foem.
אָחָה et ad accentus pausantes
אָחָה, *una, contractum ex masc.*
pro אָחָה, ut docet Aben Esra,
Exod. XXVI. 8. Hinc verbum in
Kal pro *unire, adunare se*, unde possit
esse fut. אָחָה, quod vide in אָחָה.
Hithp. אָחָה, *uni te*, Ezech.
XXI. 21.

אָחָה, vide in אָחָה.

אָחָה, m. *frater; propin-*
quus, agnatus, cognatus, et qui
eadem professione, gente, moribus
vel amicitia frater est. Pro *agnato*,
ut Lotho, Gen. XIV. 14. qui ver.
12. dicitur fuisse filius fratris Abra-
hami: pro *gentili*, Lev. XXV. 46.
pro *quolibet proximo*, Lev. XIX. 17.
et *fratre moribus*, Prov. XVIII. 19.
const. אָחָה: aff. אָחָה, *frater meus*,
Gen. XX. 5. אָחָה, *fratrem ejus*,
Gen. IV. 2. et semel cum Pathach
אָחָה, *fratri suo*, Num. VI. 7. plur.
אָחָה, *fratres*, Gen. XIII. 8. et sic
Hos. XIII. 15. ubi tamen Aben
Esra et R. Sal. *pratum, ulvam* vel
carectum exponunt, pro אָחָה, de
quo mox. const. אָחָה, 2 Reg. X. 13.
אָחָה, *fratres ejus*, Jer. XLIX. 10.
אָחָה, *fratribus meis*, Psalm. XXII.
23. אָחָה, *fratres tuos*, Genes.
XLVIII. 22. אָחָה, *fratrum nos-*

trorum, Gen. XXXI. 32. Chald. אַחֵיקָה, *fratribus tuis*, Est. VII. 18.

אָחוֹת, fem. *soror*, Cant. VIII. 8. const. אָחוֹת : aff. וְאָחוֹתַי, *et soror mea*, Job. XVII. 14. plur. אַחֵיּוֹת et const. אַחֵיּוֹת, unde cum aff. אַחֵיּוֹתַי, *sorores ejus*, Job. XLII. 11. et contractè וְאָחוֹתַי, *et sorores tuæ*, Ezech. XVI. 55.

אָחוּהָ, *fraternitas*, Zach. II. 14.

אֶחָו, m. *ulva*, carectum, vel simpliciter, *gramen*, Job. VIII. 11. בְּאֶחָו, *in ulva*, vel, *in gramine*, Gen. XLI. 2. אַחֵיָהּ, Chald. vide in אָחוּהָ.

אָחַז cepit, *prehendit, apprehendit, comprehendit, tenuit, possedit: hæsit, cohæsit*, ut 1 Reg. VI. 6. Ezech. XLI. 6. *hæreret fecit, adjecit, adjunxit*, ut 1 Reg. VI. 10. Constructur ut accus. et sæpè cum בְּ. Niph. נִאָּחַז, *captus, detentus fuit, possessor constitutus vel factus fuit*. Præter. וְנִאָּחַזוּ, *et possessores fient*, Num. XXXII. 30. cum אַ quiescente, ut in futuro Kal. part. נִאָּחַז, *detentus*, Gen. XXII. 13. pl. שֶׁנִּאָּחַזוּם, *quæ capiuntur*, Eccles. IX. 12. Pih. partic. מֵאָחַז, *continet*, Job. XXVI. 9. Hoph. partic. מֵאָחַזִים, *comprehensi, conjuncti*, 2 Par. IX. 18.

אֶחָזָה, *possessio*: constr. וְאֶחָזָה, *et possessionem urbis*, Ezech. XLV. 6. aff. וְאֶחָזָתֵךְ, *et possessionem tuam*, Psal. II. 8.

אֶחָל, *utinam*, 2 Reg. V. 3. et in Pathach, אֶחָלִי, Psal. CXIX. 5. Sunt qui à הָלָה deducant, quod in Pihel præter alia etiam *precari* significat, quasi *precantis et optantis* vox sit.

אֶחָמָא, Chald. *arca*,

scrinium, pro recondendis scriptis et actis regum et principum, ut A. Esra et R. Sal. Jarchi putant, Esræ VI. 2. Quidam nomen proprium urbis esse existimant. *Achmeta, Ec-batana* vulgè, sic dicta, quòd æstivam stationem reges illic haberent, ab Hebræo אַחְמָם. In Targum Esther reperi, אַחְמֵיתַיִן דְּנִתְשָׂא, *scrinia ærea*, Esth. I. 4. in Venetis.

אַחֵר, *post, postea, postquam*: וְאַחֵרֵיכֶן, *et postea*, Genes. XV. 14. cum affixis, אַחֵרֵי, *post eum*, אַחֵרֵיךְ, *post te*, אַחֵרֵי, *post me*, אַחֵרֵיכֶם, *post vos*, etc. Chald. אַחֵרֵי דְנָה, *post hæc, posthac*, Dan. II. 29. אַחֵרֵיהוֹן, *post eos*, Dan. VII. 24. אַחֵרֵין, *postremò, tandem*, Dan. IV. 5.

אַחֵר, m. *alius, alter*, quasi posterior: plural. אַחֵרִים, *alii*, quod est quasi à singulari אַחֵר; et in Nun more Chaldaico, אַחֵרִין, Job. XXXI. 10. fœminina אַחֵרֶת, *alia, altera*, Genes. XXVI. 21. plurale אַחֵרוֹת, Genes. XXIX. 27. Chald. מַלְכוּת אַחֵרֵי, *regnum aliud*, Dan. II. 39. in quibus apocopa literæ ת.

אַחֵר, *retro, retrorsum, posterum, posterius: occidens, plaga mundi posterior, respectu orientis, quæ dicitur*, אַחֵר, *anterior pars: in posteriore parte, ponè*, Prov. XXIX. 11. מֵאֵחֵר, *à posteriore parte, à tergo*, 2 Sam. X. 9. לְאַחֵר, *retrorsum*, Ps. CXIV. 3. *in posterum*, Ies. XLII. 23. plur. constr. עַל אַחֵרֵי, *versus posterioritates, sive posteriorem partem*, Ex. XXXVI. 12. aff. אַחֵרֵיהֶם, *posteriora eorum*, Ezech. VIII. 16.

אַחֵרֹן, mas. *posterior, posterius*,

posterum, postremum: plur. אַחְרוֹנִים, *posteriora*, Ies. VIII. 23. *foemina in postremo, i. e. postea*, Deut. XIII. 10. אַחְרֹנָה, *in posterum, postea*, Eccles. I. 11.

אַחֲרָיִת, *retrosum*, Gen. IX. 23.

אַחְרָן, m. Chald. *alius*, Dan. II. 11. et VII. 24.

אַחֲרִית, *foem. posteritas, posterius, postremum, extremum, ultimum, finis, consequens, et metonymicè merces, ut Proverb. XXIII. 18. Chaldaicè in extremo dierum*, Dan. II. 28. aff. אַחֲרִיתוֹ, *posteritati ejus*, Dan. XI. 4.

אַחַר, *moratus est, tardavit, distulit, quasi dicas, posterioravit*: fut. אַחֲרָה, *et moratus sum*, Gen. XXXII. 5. formæ Chald. cui simile in אַחַל Pihel præt. אַחַר, *distulit*, Genes. XXXIV. 19. אַחֲרוּ, *differunt*, Jud. V. 28. cum Sægol ab initio loco Tzere propter sequens Hatephsægol: Hiphil fut. וַיֹּאחֲרֵהוּ, *et sivit ut tardaret*, 2 Sam XX. 5. cum ך loco א ex Chald.

אַחֲשֵׁרֶפְנִים אַחַשׁ, m. plur. *satrapæ*, Esth. IX. 3. construct. אַחֲשֵׁרֶפְנֵי הַמֶּלֶךְ, *satrapis regis*, Esd. VIII. 36. Chald. אַחֲשֵׁרֶפְנֵי אַחַשׁ, *satrapæ*, Dan. III. 2.

אַחֲשֵׁרֶפְנִים, m. p. *cursores regii*, Esth. VIII. 8. 10. *juxta quosdam. R. Sol. Iarchi exponit camelos velocissimos: Aben Esra, mulos, quem plerique sequuntur.*

אַחַד, mas. *kynosbaton* (sentiscanis, rubus caninus) vel *rhamnus, spina summè aculeata*, Psal. LVIII. 10. אֶל־הָאֶחָד, *ad rhamnum vel cynosbaton*, Jud. IX. 14.

אַחַת אַחַת, *sensim, leniter, len-*

tè, 1 Reg. XXI. 27. אַחַת־לִי, *leniter mihi*, 2 Sam. XVIII. 5. אַחַת, *sensim*, Ies. VIII. 6. aff. אַחַת־י, *ad lenitudinem meam, lentè pro commo-ditate mea*, Gen. XXXIII. 14. *usum habet nominis.*

אַחֲסִים, m. p. *præstigiatores, divini*, Ies. XIX. 3.

אַחַס, *clausit, oclclisit, obthuravit*: partic. אַחֲסִים, *occludens*, Ies. XXXIII. 15. part. præt. אַחֲסִים, *clausæ, id est, angustæ, quasi clausæ videantur, secundùm Chald. paraphrasten, vel clausæ sc. vitro*, 1 Reg. VI. 4. et sic Ezech. XL. 16. Hiphil futur. יֵאֲחֲסִים, *obthurabit*, Psal. LVIII. 5.

אַחַס, m. *funis, funiculus, flum*: metonymicè *linteum ex filis contextum*: אַחַסוֹן מִצְרַיִם, *fune Egypti, id est, linteis Ægyptiacis, quæ erant subtilissima*, Prov. VII. 16. in Targum, אַחַסוֹנֵיהוֹן, *funes eorum*, Hebraicè מִיתְרֵיהֶם, Exod. XXXV. 18. אַחַסוֹנָה, *fune*, Heb. אַחַסוֹנָה, Jos. II. 15.

אַחַר, *clausit, oclclisit*: futur. אַחֲרָה, *ne oclcludat super me*, Psal. LXIX. 16.

אַחַר, masc. *præclusus*: אַחַר יְדִי, *præclusus manu dexterâ suâ*, Jud. III. 15. id est, *impos manu dextera*. Fuit enim אַחַר־יְדִי, *scæva*, ut Kimchi scribit.

אֵי, m. *insula, regio, provincia*, Ies. XX. 6. pl. אֵיִים, Psal. LXXIX. 1. item *aves insulanæ, ululæ*, Ies. XIII. 22. אֵיִין, *insula*, Ezech. XXVI. 18. construct. אֵיִי, Genes. X. 5. vide etiam אֵיִן et אֵיִה.

איב *inimicus est: præterit.*
וְאִיבֹתַי אֶת-אִיבֵיךָ, et *inimicabor*
inimicos tuos, Exod. XXIII. 22.

איב, m. *inimicus*: aff. **אִיבוֹ**, *inimicus ejus*, 1 Sam. XXIV. 20. **אִיבֶךָ**, *inimici tui*, Exod. XXIII. 4. plural. **אִיבִים**, et const. **אִיבֵי**, *inimici*: aff. **וְאִיבֵי**, et *inimicos meos*, Ps. XVIII. 41.

אִיבַת, f. *inimica*: aff. **אִיבֹתַי**, *inimica mea*, Mich. VII. 8.

אִיבָה, f. *inimicitia*, Gen. III. 15. const. **אִיבַת עוֹלָם**, *inimicitia perpetua*, Ezech. XXXV. 5.

אִיד m. *vapor; interitus, calamitas, exitium*, quoddam quæ evaporant, intereant et in nihilum quasi abeant. **וְאִיד**, et *vapor*, Genes. II. 6. quod juxta Masoram legitur absque י. affix. **וְאִידְכֶם**, et *calamitas vestra*, Prov. I. 27. **אִידְכֶם**, *calamitas ipsum*, Ezech. XXXV. 5.

אִיה *f. pica*, Lev. XI. 14. *cornix*, Job. XXVIII. 7.

אִיָּה *ubi?* affix. **אִיבָה**, *ubi tu*, scil. *es?* Genes. III. 9. **אִיוֹ**, *ubi ille?* 2 Reg. XIX. 13. **אִים**, *ubi sunt illi?* Ies. XIX. 12.

אִי, *ubi?* Gen. IV. 9. **אִי-יָה**, *ubi ista*, scil. *sit*, 1 Sam. IX. 18. *quamam?* 1 Reg. XXII. 24. *ubinam, quænam*, Jerem. VI. 16. *qualenam, quodnam*, Eccles. II. 3. et absque Makkaph, **אִי זֶה**, *quidnam*, Eccles. XI. 6. **אִי מִזֶּה תָבוֹא**, *ubi ex quo venis?* 2 Sam. I. 3. hoc est, *undenam?* **אִי מִזֶּה אָתָּה**, *undenam es?* ver. 13. Jungitur etiam cum **פָּה**, vide illic.

אִידִךָ *quomodo?* Genes. XXXIX. 9. **אִיבָה**, idem, Deuter. I. 12. *ubinam?* Cantic. I. 7. et cum Cholem,

הַחַיִּל הַזֶּה, *exercitus hujus, copiarum istarum*, Obad. ver. 20. חַמּוֹת וְחַיִּל, *muris et præmunitio*, Ies. XXVI. 1. sic Thren. II. 8. אֲשֶׁר-חַיִּיל יָם, *cujus præmunitio est mare*, Nah. III. 8. aff. וּבְכָל-חַיִּילוֹ, *et in omni exercitu ejus*, Exod. XIV. 17. כָּל-חַיִּילָם, *omnem substantiam, omnes opes eorum*, Gen. XXXIV. 29. בְּחַיִּילָךְ, *in præmunitioe tua*, Psalm. CXXII. 7. Chald. חַיִּל, *robur*, Daniel. III. 20. בְּאֲדָרַע וְחַיִּיל, *cum brachio et robore*: Esr. IV. 23. constr. בְּחַיִּיל שְׁמַיָּא, *in exercitu cæli*, Dan. IV. 32. aff. בְּחַיִּילָהּ, *in copiis ipsius*, Dan. III. 20.

* חַיִּין, *gratia*, vide in חַנּוּן.

חַיִּץ m. *paries luteus: בְּנֵה חַיִּץ, exstruit parietem luteum*, Ezech. XIII. 10. Rabbinis satis usitatum, et in Targum מְחַיִּץ.

חַיִּיק m. *sinus, gremium, אֶל-חַיִּיק, in sinum currus*, 1 Reg. XXII. 35. et defectè, בְּחַיִּיק, *in sinu*, Prov. XXI. 14. מִחַיִּיק, *e sinu*, Prov. XVII. 23. affix. אֶל-חַיִּיקֶךָ, *in sinum tuum*, Exod. IV. 7.

חָבָה *expectavit, præstolatus est: construitur cum הַ part. plur. const. חוֹכְבֵי לוֹ, expectantes eum*, Ies. XXX. 8. חָבָה, idem, et construitur quandoque cum accusativo: præter. חָבָה אֶת-אִיּוֹב, *expectavit Jobum*, Job. XXXII. 4. participiale, לְמַחְבָּה-לוֹ, *præstolanti ipsum*, Ies. LXIV. 4. infin. וּבְחַבְבֵי, *et secundum præstolari, cum præstolantur*, Hos. VI. 9. futur. וְלֹא תִחְבָּה, *neque præstolaberis*, 2 Reg. IX. 3.

חַכְכֵּי, masc. *palatum*, Job. XII. 11. affix. חָכּוּ מִמֶּתְקִים, *palatum*

tum ejus dulcedines, id est, dulcissimum est, Cant. V. 16.

חֲבָה, f. hamus, Ies. XIX. 8. Job. XL. 25.

חֶבֶל, m. rubicundus, Gen. XLIX. 12. Targum, יִסְמָקוֹן, rubicundi erunt.

חֲבֵלִילוֹת, f. rubedo: חֲבֵלִילוֹת, עֵינַיִם, rubedo oculorum, Proverb. XXIII. 29.

חָכֵם sapiens fuit, sapuit: præter. חָכֵם לִבִּי, si sapit animus tuus, Prov. XXIII. 15. fœmin. כִּי חָכְמָה מְאֹד הוֹלֵךְ אֶת־הוֹלֵךְ, ambulans cum sapientibus, fit sapiens, Prov. XIII. 20. Pih. חָכֵם, sapientem reddere, informare. futur. וְיִזְכְּרוּ יְחָכְמִים, et senes ejus sapientes reddit, informat, Psal. CV. 22. וְיַחְכְּמוּנוּ, sapientes nos facit, Job. XXXV. 11. Pyh. part. מְחָכְמִים, peritissimus, sapientissimus, Psalm. LVIII. 6. plural. מְחָכְמִים, apprimè sapientia, Proverb. XXX. 24. Hiph. partic. מְחָכְמִים פְּתִי, sapientiam afferens simplici, Psal. XIX. 8. Hithp. futurum. וְאַל־תִּתְחַכְּבִים יוֹתֵר, ne sapiens sis vel sapere tibi videtur nimium, Eccles. VII. 17. נִתְחַכְּמָה לּוֹ, sapienter geramus nos ipsi, id est, adversus ipsum, Exod. I. 10. astutè illum opprimamus.

חָכֵם, m. sapiens, peritus, Proverb. III. 7. construct. חָכֵם־לֵב, sapiens animo, Prov. X. 8. plur. חָכְמִים, hæ sapientibus, Ies. V. 21. construct. חָכְמֵי־לֵב, sapientes animo, Exod. XXVIII. 3. affix. חָכְמָיו, sapientes ejus, Esther. VI. 13. Chald. חָכְמִין, sapientes, Dan. II. 21. emph. חָכְמֵיָא

ver. 13. construct. חָכְמֵי בָבֶל, sapientes Babyloniae, ver. 12. fœmin. חָכְמָה אִשָּׁה חָכְמָה, mulier sapiens, 2 Sam. XX. 16. plur. חָכְמֹת, ad sapientes, Jer. IX. 17. constr. חָכְמֹת נְשִׂוִים, sapiens quælibet mulierum, Prov. XIV. 1.

חָכְמָה, f. sapientia, Prov. III. 13. constr. אֶת־הַכְּמַת שְׁלֹמֹה, sapientiam Solomonis, 1 Reg. V. 14. affix. אֶת־הַכְּמַתּוֹ, sapientiam ejus, ibid. plur. יִדְבַּר חָכְמֹת, eloquetur sapientias, Psal. XLIX. 4. Chald. שְׁכַלְתָּנוּ, intelligentia ac sapientia, Daniel. V. 11. emphat. חָכְמָתָא, sapientiam et potentiam, Dan. II. 23. const. בְּחָכְמַת אֱלֹהֵיךָ, pro sapientia Dei tui, Esr. VII. 25.

חָכְמוֹנִי, m. Chachmonæus, nomen gentile, 1 Paral. XI. 11. idem etiam appellatus fuit תַּחְכְּמוֹנִי, Tachke-monita, 2 Sam. XXIII. 8. quidam, sapiens, sapientiæ doctor, quasi sit nomen, supremum quendam sapientiæ gradum designans.

חָלָה, spuma: aff. אִשְׁרָר, אִשְׁרָר חָלָה, cujus spuma est in ea, Ezech. XXIV. 6. ubi deficit Mappik: וְחָלָה אֶת־הָהָר, et spuma ejus, ver. 11. R. Sal. scribit: est excrementum, quod educitur ex ore ollæ per ebullitionem, quod vocant אִשְׁרָרָא, escume, id est, spuma, quidam æruginem reddunt. Sic quoque Kimchi explicat.

חָלָב, masc. lac, Exod. III. 8. גְּמוּלֵי מִחָלָב, depulsi à lacte, Ies. XXVIII. 9. constr. חָלָב עֵזִים, lac caprarum, Prov. XXVII. 27. affix. חָלָבֶךָ, lac tuum, Ezech. XXV. 4. חָלָב, m. adeps, pinguedo, optimum

cujusvis rei. אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ, pinguedinem hujus terræ, Gen. XLV. 18. עִם חֵלֶב פָּרוֹם, cum adipe agnorum, Deut. XXXII. 14. עִם חֵלֶב כְּלִיּוֹת, cum adipe renum tritici, ibid. חֶמְטָה, adipem vel pinguedinem olei, חֵלֶב תִּירוֹשׁ וְדָגָן, pinguedinem musti et frumenti, id est, opimum oleum, opimum et optimum mustum et frumentum, Num. XVIII. 12. affix. וְאֶת־הַחֵלְבִים, adipem earum, Num. XVIII. 17. plur. וְאֶת־הַחֵלְבִים, et adipes, Levit. IX. 19. aff. מִחֵלְבֵיהֶן, et de adipibus eorum, Genes. IV. 4. id est, pinguissimis, et deest י signum numeri pluralis: possit et singulare esse.

חֵלְבֹן, m. Chælbôn, nomen proprium loci, in Syria, ubi optimum vinum crevit, Kimchi, Ezech. XXVII. 18.

חֵלְבָנָה, f. galbanum, Exod. XXX. 34. resina est vel pinguedo, cujus meminit Plinius lib. 12. cap. 25. in fine: odoris mali, ut à priscis sapientibus Hebræorum traditum in Codice Talmudico כְּרִיתוֹת, kerithuth, cap. I. fol. 6. R. Salomon notat, galbanum odoris tetri fuisse, odoramento aromatico immixtum, ut admonerentur, patienter esse infirmos et peccatores Israëlitis inter pios tolerandos.

חֵלֶד m. ævum, tempus, terra: cessans, instabilis et transiens, quasi cum חֵדָל per literarum transpositionem conveniat: וְזָכַר־אֲנִי מַה־חֵדָל, recordare, ego cujus temporis sim, Psal. LXXXIX. 48. id est, quantum ævum meum sit: כָּל־יֹשְׁבֵי חֵלֶד, omnes habitatores terræ, Psal. XLIX. 2. juxta Chaldæum et R. Salomonem, qui scribit terram sic vocari, quia senescit et fit חֵלְוָה, rubiginosa,

Psal. XXX. 24. nam חֵלֶד, rubiginosum esse vel fieri, apud Rabbinos. aff. וְחֵלְדִי, et tempus meum, Psalm. XXXIX. 6.

חֵלֶד, m. mustela: הַחֵלֶד וְהַעֲבָר, mustela et mus, Levit. XI. 29.

חָלָה ægrotavit, ægrotus, æger, infirmus fuit. præter. כִּי חָלָה, quòd ægrotaret, Ies. XXXIX. 1. partic. fœm. construct. חֹלֶת אֶהְבֶּה אֲנִי, ægra amore ego sum, Cant. II. 5. futur. וַיִּחָלֶה, et ægrotavit, 2 Par. XVI. 12. cum א loco ה, ex forma quiescentium tertiâ: per apocopam, וַיִּחָל, et ægrotavit, 2 Reg. I. 2. pro וַיִּחָלָה. Niph. יִחָלָה, ægritudine, morbo affici, infirmari: præterit. וַיִּחָלֵתִי, et ægritudine affectus fui, Dan. VIII. 27. נִחְלוּ, infirmi fuerint, Jer. XII. 13. part. fœm. נִחְלָה, in die ægræ scil. מַכָּה, plagæ, Ies. XVII. 11. ut Ab. Esra notat, juxta illud, יִחָלָה מַכָּתֶךָ, ægra est plaga tua, Nah. III. 19. item, Jer. XIV. 17. plurale, הַנִּחְלֹת, omnes ægræ, Ezech. XXXIV. 21. Pih. חָלָה, ægrotare fecit, morbo affecit, Deuter. XXIX. 21. infinit. חֹלֹתִי הִיא, infirmare meum illud est, id est, hoc me infirmum reddit, Psal. LXXVII. 11. Aliàs semper jungitur nomini פָּנִים, facies, estque precari, deprecari, obtestari aliquem: præt. חֹלֵתִי פָּנֶיךָ, deprecor faciem tuam, Psal. CXIX. 58. imper. per apocopam חָלֵנָה, deprecare quæso faciem Domini, 1 Reg. XIII. 6. Pyh. præter. חָלֵתָה, infirmatus fuisti, Ies. XIV. 10. Hiph. חָלָה, præter. per apocopam חָלֵתָה, morbo affecit, Iesaias LIII. 10. pro חָלֵתָה, ad formam quiescentium tertiâ radicali א: hæc enim inter se

frequenter commutantur: **הַחֲלִיתִי**, *ægritudine affeci*, Mich. VI. 13. part. fœm. **מִתְחַלָּה לֵב**, *ægrum effecit cor*, Prov. XIII. 12. Hoph. **הַחֲלִיתִי**, *ægrotus factus sum*, 1 Reg. XXII. 34. Hithp. infin. **לְהִתְחַלֵּוֹת**, *ut morbo conflictaretur*, 2 Sam. XIII. 2. imper. per apocopam, **הִתְחַלֵּוּ**, *ægrotum age*, ver. 5. et sic futurum, **וַיִּתְחַלֵּוּ**, *et ægrotum egit*, *ægrotum se simulavit*, ver. 6.

חָלִי, m. *morbus, infirmitas, ægritudo*: **וְחָלִי רַע**, *et infirmitas mala*, Eccles. VI. 2. in pausa, **וַיִּדְוַע חָלִי**, *et expertus morbum*, Ies. LIII. 3. aff. **חָלִי**, *ægritudo ejus*, 1 Reg. XVII. 17. plurale, **וְחָלִים רָעִים**, *et morbos pessimos*, Deuteron. XXVIII. 59. **בְּחָלִים**, *infirmitatibus*, 2 Par. XXI. 15. aff. **חָלֵינוּ**, *morbos nostros*, Ies. LIII. 4.

חָלִי, m. *ornamentum, monile*, Prov. XXV. 12. plurale, **חָלָאִים**, *ornamenta, monilia*, Cant. VII. 1.

חָלָהּ, f. idem: aff. **חָלִיתָהּ**, *monili suo*, Hos. II. 13.

מִחָלָהּ, masc. *morbus, infirmitas*: constr. **בְּמִחָלָהּ מַעֲיָהּ**, *morbo intestinorum tuorum*, 2 Paral. XXI. 15. aff. **מִחָלָהּ**, *ægritudinem ipsius*, Prov. XVIII. 14.

מִחָלָהּ, f. idem, Exod. XXIII. 25. 1 Reg. VIII. 37.

מִחָלָת, *Machalath*, habet formam constructam antecedentis nominis, usurpatur tamen tanquam absolutum in titulo Psalmi LIII. et LXXXVIII. R. Salo. dicit esse instrumentum musicum sic appellatum: Aben Esra putat esse initium alicujus suavissimi carminis tunc decantari soliti: vide etiam in **חָלָל** inter nomina.

מִחָלָיִים, m. p. *morbi*, 2 Paral. XXIV. 25.

תְּחֵלָאִים, m. p. idem: **תְּחֵלָאִים**, *mortibus ægritudinum*, id est, *ægerrimis*, Jer. XVI. 4. constr. **תְּחֵלָאִי רָעַב**, *ægritudines famis*, id est, *ob famem*, Jerem. XIV. 18. aff. **וַיָּאֵת תְּחֵלָאִיהָ**, *et infirmitates ejus*, Deut. XXIX. 21.

חֲלָט Chald. *excidit, præcidit*, unde particip. ex Aphel in Targum, **צוֹרְעָא מְחֲלָטָא**, *lepra exscindens, erodens*, Levit. XIII. 15. in Jonath. Hinc est, *præcisè et propriè aliquid facere, proprium facere, appropriare: præcisè, simpliciter, propriè, absolutè dijudicare, adjudicare, cognoscere, pronunciare*: unde **וַיִּסְאִיבְנִיה וַיְחֲלֹטְנִיה**, *et impurabit eum, et propriabit eum*, Lev. XIII. 11. in Jonathane, id est, *impurum et præcisè, propriè ac simpliciter leprosum pronunciat*. **מְצָרַע** **לְחֲלִיטִין**, *leprosus absolutè: ad præcisiones, præcisè*. Hinc capiendum illud Hebraicè, **וַיִּנְחָשׁוּ וַיִּמְהָרוּ וַיְחֲלֹטוּ הַמְּמַנְוּ**, *et homines isti experiebantur, festinabant et propriabant, an ex ipso esset res ista*, 1 Reg. XX. 33. id est, *festinabant ut experimento cognoscerent et propriè ac præcisè exploarent*. Sæpius non reperitur in Bibliis.

חֲלָךְ, m. *pauper, afflictus*, Psalm. X. 8, 14. Chaldæus in priori vertit **מִסְכְּנֵיָא**, *pauperes*, in altero, **עַנְיָיָהּ**, *afflicti tui*. plurale cum **הַלְּבָאִים**, *pauperes*, Psalm. X. 10. nempe **עַנְיָיָהּ** vel **עַנְיָיָהּ** ut Chaldæus vertit. Si à præcedenti est, tunc redundat Dagesch, et **א** est pro **ה**. Masorethæ legunt divisim **חֲלָךְ בָּאִים** et idèò **ב** Dagessatum est. Est au-

tem *חל כפאים*, *turba attritorum*. Nam à *כפאה* dicitur *הכפאה*, *attrivit*, *נכפאה*, *attritus fuit*. Inde *כפאה*, *attritus*, *pauper*, instar *בפלה*, unde *בפלים*. Sic et singulare possit esse quasi *חל כפאה*, *viribus attritus*.

חלל *perforari, perfodi, confodi: vulnerari, saucium fieri: tripudiare, sallare*, præt. *חללתי*, *et cor meum saucium est*, Psalm. CIX. 22. part. *חללים*, *et cantantes æquè ac tripudiantes*, Psalm. LXXXVII. 7. infin. *לחולל*, *ad saltandum*, Jud. XXI. 21. et Schurek est loco Cholem, cui simile vide in *בפרר* et infra in *חזקק*. Hinc etiam juxta quosdam, *חללתי*, *vulnerari meum, confodi meum*, id est, lethale vulnus meum est, Psalm. LXXXVII. 11. et *חללות* est irregulare sicut *חללות* eodem Psalmo ver. 10. à *חלל*. Niph. suum significatum habet à *חלל*. unde illi subjectum. *חללתי* vel *חללתי*, *profanare, confodere: tibicinare, tibiis canere: saltare*: præt. *חללתי*, *profanat fœdus suum*, Psalm. LV. 21. particip. *חללתי*, *in manu confodientis te*, Ezech. XXVIII. 9. plur. *חללתי*, *tibicinantes tibiis*, 1 Reg. I. 40. fœmininum alterius formæ, *חללות*, *ex saltantibus*, Jud. XXI. 23. Aliàs semper in hac conjugatione est *profanare*. Pyh. particip. *חללתי*, *quod profanatum est*, Ezechiel. XXXVI. 23. plurale, *חללתי*, *confossi gladio*, Ezech. XXXII. 26. Niph. præt. *חללתי*, *quum profanatur*, Ezech. XXV. 3. infinit. *לחללתי*, *ut non profanaretur*, Ezech. XX. 9. in Tzere loco Pathach: *לחללתי*, *ad profanandum*

se, Levit. XXI. 4. futur. *חללתי*, *et profanor*, Ezech. XXII. 26. Hiph. *חללתי*, *incipere*, et bis, *profanare*: præterit. *חללתי*, *quum cœpisset*, Genes. VI. 1. futurum, *חללתי*, *profanabo*, Ezech. XXXIX. 7. *לחללתי*, *non profanabit*, Num. XXX. 3. cum Pathach, ad differentiam alterius significationis, ut *חללתי*, *incipiam dare*, Deut. II. 25. Hoph. præter. *חללתי*, *tunc cœptum est*, Genes. IV. 26.

חלל, m. *profanum, commune*: *חללתי*, *panis profanus, vel communis*, 1 Sam. XXI. 4. *חללתי*, *inter sacrum et profanum*, Levit. X. 10.

חללתי, m. *confossus*; Deuter. XXI. 1. *profanus*, Ezech. XXI. 19. constr. *בחללתי*, *in confossum gladio*, Num. XIX. 16. plur. *חללתי*, *et sanguinem confossum*, Numer. XXIII. 24. const. *חללתי*, *confossi gladio, quàm confossi fame*, Thren. IV. 9. aff. *מכאוב*, *dolorem confossum tuorum*, Psalm. LXIX. 27. fœmin. *חללתי*, *mulierem meretricem et profanam*, Lev. XXI. 7.

חללתי, m. *tibia, fistula*, sic dicta quòd perforata et concava sit, unde et *חללתי* Rabbiniis *concauum* est: *חללתי*, *timpanum et tibia*, Ies. V. 12. plural. *בחללתי*, *tanquam tibiæ*, Jer. XLVIII. 36.

חללתי, *absit, vox abominantis aliquid tanquam profanum*: *חללתי*, *absit tibi*, Genes. XVIII. 25. *חללתי*, *absit à servis tuis*, Genes. XLIV. 7.

חללתי, f. *placenta*, *κόλλυρα* vel *κόλλυρα*

λυσις, Numer. XV. 20. constructum, וַחֲלַת לֶחֶם, et collyram panis, Levit. VIII. 26. plurale, וַחֲלוֹת מִצֵּת, et placentæ azymæ sive infermentatæ, Levit. II. 4.

חלון, c. fenestra, Genes. VIII. 6. sic dicta, quòd sit quasi foramen vel perforatio parietis: plural. חֲלוֹנִים, et fenestræ, Ezech. XL. 25. et irregulariter חֲלוֹנֵי pro eodem, Jerem. XXII. 14. cui simile vide infrâ in חֲרַר in nomine חֲרַר. constr. חֲלוֹנֵי, quod tamen pro absoluto חֲלוֹנִים ponitur, 1 Reg. VI. 4. aff. בְּחֲלוֹנֵינוּ, per fenestras nostras, Jer. VI. 21. et forma fœm. חֲלוֹנוֹת, Ezech. XL. 29.

חול, m. chorus, Psalm. CXLIX. 3. construct. בְּמִחֹל מְשֻׁחָקִים, cum choro ludentium, Jer. XXXI. 4. affix. מְחֹלָנוּ, chorus noster, Thren. V. 15. fœm. מְחֹלָה unde const. בְּמִחֹלֹת, Cant. VII. 1. plural. וּמִחֹלֹת, et choros, Exod. XXXII. 19. ובְּמִחֹלֹת, et cum choris, Exod. XV. 20.

מְחֹלוֹת, f. p. fossæ, cavernæ, Ies. II. 19.

מחלת, f. Machalath, Psal. LIII. 1. in titulo. Quidam volunt esse generale nomen instrumentorum musicorum, quæ excavata et perforata sunt, ac inflari solent, et dicuntur pneumatica, ut tibiæ, tubæ, buccinæ. Vide etiam in חֲלָה inter nomina. Eodem modo ab hac radice deducunt בְּחִילוֹת, pro בְּחִלּוֹת, sensu eodem. At forma grammatica repugnat: vide in בְּחָל.

חֲתָחָה, f. initium, principium, Gen. XIII. 3. construct. בְּתִחְלַת חֲכָמָה, principium sapientiæ, Prov. IX. 10.

חלם, somnare, et ex Chaldaica significatione, convalescere, reval-

cere, aurescere, vel pinguescere: præter. חֲלַמְתִּי חֲלוֹם, somniavi somnium, Genes. XXXVII. 9. futurum, וַיִּחְלְמוּ חֲלוֹם, et somniarunt somnium, Genes. XL. 5. וַיִּחְלְמוּ בְּגֵיהֶם, revallescant nati earum, Job. XXXIX. 4. Hiph. particip. plural. אֲשֶׁר אַתֶּם מְחַלְמִים, quæ vos facitis vel curatis somniari, Jerem. XXIX. 8. et est irregularare, pro מְחַלְמִים, cui simile vide in עָזַר. futurum, וַתִּחְלַמְנִי, et revallescere facies me, Ies. XXXVIII. 16. id est, sanabis, quâ significatione apud Syros frequens, et אֲתַחֲלֵם, sanari, in N. T. obvium.

חלום, m. somnium: aff. וַאֲרָא בְּחֻלְמוֹי, et vidi in somnio meo, Gen. XLI. 22. plural. חֲלוֹמוֹת, et cum aff. בְּחֻלְמוֹתַם, somniis suis, Jerem. XXIII. 27.

חלם, m. Chald. somnium: חֲלַם חֲזִית, somnium vidi, Dan. IV. 2. emph. בְּפֶשֶׁר חֲלָמָא, interpretationem somnii, ver. 3. aff. חֲזִיוֵי חֲלָמֵי, visiones somnii, Dan. IV. 6. plur. חֲלָמִין, etc.

בְּרִיר חֲלָמוֹת, f. vitellus: חֲלָמוֹת, in albumine vitelli, Job. VI. 6.

אֲחֻלְמָה, fœm. amethystus, Exod. XXVIII. 19. lapis pretiosus est, sic dictus, quod gestantibus somnia inducit, scribit Aben Esra.

חלמיש, m. silex, petra durissima: quandoque nomen rupis, ad auxesin adjunctum sibi habet: חֲלָמִישׁ, petram durissimam in fontem aquarum, Psalm. CXIV. 8. מַצְוֵר הַחֲלָמִישׁ, e rupe petræ, id est, durissimâ, Deut. VIII. 15. et forma constructa, מִחֲלָמִישׁ צוּר, de petra rupis, Deut. XXXII. 13.

חלה *mutavit; mutatus, innovatus fuit: præterit, transivit, pertransivit, permeavit: excidit, conscidit: præter. מטר חלה, pluvia præterit, Cant. II. 11. וחלה רנתו, et pertransivit tempora ejus, Jud. V. 26. sc. paxillo, vel pertransire fecit paxillum per tempora ejus, ut Kimchi in Com. explicat, et similiter paraphrastes Chaldæus. Futurum, וחלה, excindet, concidet, Ies. II. 18. Chald. וחלה, præteribunt, Dan. IV. 13. ex Pih. futurum, וחלה שמלתו, et mutavit vestes suas, 2 Sam. XII. 20. Hiph. præter. וחלה את משפתי, et mutavit mercedem meam, Genes. XXXI. 7. imper. וחלהו שמלתיכם, et mutate vestimenta vestra, Genes. XXXV. 3. futurum, עוד וחלה, adhuc innovabit, scilicet ramos suos, hoc est, repullulabit, Job. XIV. 7. aut intransitivè, innovabit se, innovabitur: וחלה בידו תחלה, arcus meus in manu mea innovabit se, Job. XXIX. 20.*

חלה, *pro, vice, notat unius rei pro altera commutationem חלה עבדתם, pro ministerio ipsorum, Num. XVIII. 21.*

חלה, *m. transitus: חלה בני חלה, omnium filiorum transitus, Proverb. XXXI. 8. sive excisionis, qui è vita excindi debent et morti adjudicantur, sive omnium mortalium, quorum vita levis transitus est ad mortem.*

חלה, *f. mutatio, immutatio, vicissitudo: aff. חלה פתי, donec veniat immutatio mei, Job. XIV. 14. R. Levi, פרתתי, excisio mei, id est, מיתתי, mors mea, ut A. Esra habet: plural. חלופות, mutationes, Ps. LV. 20. חלופות, mutationibus, 1 Reg. V. 14. id est, permutatim, alternatim, per vices: חלפות שמלות, mu-*

tationes vel mutatoria vestium, Gen. XLV. 22. id est, alias, novas et recentes, et sic quoque, Jud. XIV. 19.

מחלפים, *m. p. cultri mactatorii, ab incidendo dicti, juxta Kimchium, Esr. I. 9.*

מחלפות, *f. p. cincinni, Jud. XVI. 13. sic dicti, scribit Kimchi, quia facile mutantur, et citò albescunt.*

חליץ *exiit, extraxit: eruit, liberavit, expedit, et semel intransitivè, eruit, subtraxit se: præter. חליץ מהם, eruit, subtraxit se ab eis, Hos. V. 6. חליצו שד, extrahunt mammas, Thren. IV. 3. particip. חליץ, expeditus, Num. XXXII. 21. חלהו, חליצו, expeditus ad militiam, 1 Par. XII. 23. const. חליץ צבא, expeditus militiæ, Numer. XXXII. 27. חליץ חצעל, exutus calceo, Deuter. XXV. 10. futur. ונעלה תחלוץ, et calceum tuum exues, Ies. XX. 2. Niph. חליץ, liberari, expediri, expeditum esse: præter. מצרה וחליץ, ab angustia liberatur, Prov. XI. 8. imp. חליצו מאתכם, expediti estote ex vobis, Num. XXXI. 3. id est, expediant se, vel expedite ex vobis. Pih. חליץ, liberavit, eruit, eripuit: præter. חליץ את האבנים, eruit lapides, Lev. XIV. 43. imper. חליצה נפשי, erue animam meam Psalm. VI. 5. Hiph. futur. ונעצמתי וחליץ, et ossa tua expedita reddet, Ies. LVIII. 11.*

חליצה, *fœmin. extractio, exuvias: aff. חליצתו, extractionem ejus, 2 Sam. II. 21. id est, exuvias: plur. cum affix. חליצותם, exuvias eorum, Jud. XIV. 19.*

חלצים, *m. p. lumbi, sic dicti, quòd circa eos expediamur et accingamur ad militiam, Ies. XXXII. 11. affix.*

אזור הַלְצָיו, *cingulum lumborum ejus*,
Ies. V. 27.

מִחֲלָצוֹת, f. p. *mutatoriae vestes*,
vestimenta festiva et splendida, quo-
rum diebus sacris ac festis usus est,
Zach. III. 4. Ies. III. 22.

חָלַק *partitus, impertitus est*,
distribuit, divisit, dispertivit, et semel,
laeve, molle esse: ut, חָלַקוּ, *laevia vel*
mollia sunt, id est, blanda, Psal. LV.
22. אֶת־נַחֲלָתָם, *diviserunt*
hæreditatem vel possessionem eorum,
Jos. XVIII. 2. Niph. futur. וְחָלַק
אֶת־הָאָרֶץ, *dividetur terra*, Numer.
XXVI. 55. וַיַּחֲלֵק עָלֵיהֶם, *et distri-*
buit se contra eos, Gen. XIV. 15. id
est, distributis suis copiis irruit in
eos. Pih. præterit. אֶת־אֲרָצֵי חָלְקוּ,
et terram meam distribuerunt, partiti
sunt, Joël. III. 2. Pyh. præter. וְחָלַק
וְשָׁלַלָּהּ, *et dividetur spoliū tuum*,
Zach. XIV. 1. futur. בַּחֲבֵל תִּחְלַק,
funiculo dividetur, Amos VII. 17.
Hiph. הִחְלִיק, *emollivit, lævigavit*;
blanditus fuit: præter. הִחְלִיק אֵלָיו,
blanditur ad se, id est, sibi, Psalm.
XXXVI. 3. אֲמַרְיָהּ הִחְלִיקָהּ, *dicta*
sua emollit, dictis suis blanditur, Prov.
II. 16. particip. מִחְלִיק בְּפַיִשׁ, *lævi-*
gans, expoliens malleo, Ies. XLI. 7.
quam qui lenificat sive
blanditur linguā, Prov. XXVIII. 23.
infin. intransitivè, לִחְלֹק מִשָּׁם,
ut divideret se inde, Jer. XXXVII. 12.
id est, leniter et placide se subduce-
ret, præ metu populi, juxta Kim-
chium: Chaldæus, *ad dividendam*
hæreditatem suam ab eis. Hithp.
הִתְחַלְקוּ אוֹתָהּ, *partientur eam sibi*,
vel ut Kimchi in Com. notat, *partien-*
tur se (in) ea, Jos. XVIII. 5. nam
conjugatio hæc semper intransitiva
est.

חָלַק, masc. *pars, portio, possessio*:
חָלַק בְּחָלַק, *partem sicut partem*, id
est, partes æquales, Deut. XVIII. 8.
affix. חָלְקֵי יְהוָה, *portio mea Domi-*
nus, Psalm. LXXIII. 26. plural.
חָלְקִים, *partes*, Jos. XVIII. 5. Chald.
חָלַק, *portio*, Esr. IV. 16. aff. חָלְקָהּ,
pars ejus, Dan. IV. 12.

חָלָק, masc. *lævis, mollis, glaber*:
blandus, blandiens: אִישׁ חָלַק, *vir læ-*
vis, glaber, Genes. XXVII. 11. וְפָהּ
חָלַק, *et os molle*, id est, blandum,
Prov. XXVI. 28.

חָלְקָהּ, fœm. *pars, portio, lævitas*,
blandities: חָלְקָהּ אַחַת, *portio una*,
Amos IV. 7. construct. וְעַל־חָלְקַת
צִנְאוֹרָיו, *et super lævitatē seu gla-*
britiē colli ejus, Genes. XXVII. 16.
affix. אֶת־חָלְקַתִּי, *portionem meam*,
Jer. XII. 10. plur. חָלְקוֹת, *blandi-*
tiæ, blanda, Ies. XXX. 10. et cum
Dagesch, בְּחָלְקוֹת, *cum blanditiis*,
Dan. XI. 32.

חָלְקָהּ, fœm. *partitio*: construct.
חָלְקַת בַּיִת אֶב, *partitio domus pa-*
ternæ, 2 Par. XXXV. 5.

חָלְקִים, m. p. *læves*: construct.
חָלְקֵי אֲבָנִים, *læves lapidum*, id est,
læves lapides, 1 Sam. XVII. 40.

חָלְקִים, m. p. *lævitates*: constr.
בְּחָלְקֵי־נַחַל, *inter lævitates torrentis*,
Ies. LVII. 6. id est, lapides læves.

חָלְקוֹת, f. p. *lubricitates, blan-*
ditia, Psalm. XXXV. 6. Dan. XI.
21, 34.

מִחְלֻקָּת, f. *partitio, distributio*,
divisio: affixum, מִחְלְקָתוֹ, *distrib-*
utio ejus, 1 Par. XXVII. 4. plurale,
מִחְלְקוֹת, *distributiones*, 1 Par. XXVI.
19. aff. עַל מִחְלְקוֹתָם, *per distribu-*
tiones suas, 2 Par. XXXI. 2. Chald.

בְּמִחְלָקָתָהֶן, *in distributionibus suis*,
Esr. VI. 18.

חֲלֵשׁ *debilitavit, debilis vel debilitatus fuit*: part. חֲלֵשׁ עַל-גְּוִיִּים, *debilis es supra gentes*, Ies. XIV. 12. futur. וַיִּחְלֶשׁ, *et debilitatur*, Job. XIV. 10. et activum, וַיִּחְלֶשׁ, *et debilitavit, debilem reddidit, fregit*, Ex. XVII. 13.

חֲלֵשׁ, *debilis*, Joël. IV. 10.

חֲלוּשָׁה, *f. debilitas*, Ex. XXXII. 18.

חֲמָא *f. butyrum*, Gen. XVIII. 8. construct. חֲמָאֵת בְּקָר, *butyrum armenti*, Deut. XXXII. 14. Hinc contractum, בְּחֲמָה, *in vel cum butyro*, Job. XXIX. 6. pro בְּחֲמָהּ.

מְחֲמָאוֹת, *f. p. butyrina, scil. verba, id est, mollia, blanda*, Psalm. LV. 22. et מ primum est formativum, ut R. Salomon scribit. Kimchi in lib. Rad. putat esse præpositionem, pro מִחְמָאוֹת, *præ butyris, cui formæ punctatio repugnat*.

חָמַד *desideravit, concupivit*: præter. חָמְדוּ לָהֶם, *desiderant sibi*, Prov. I. 22. Niph. particip. אוֹצֵר, *thesaurus desideratissimus*, Prov. XXI. 20. plural. הַנְּחָמְדִים, *desideratissima magis quam aurum*, Psalm. XIX. 11. Pih. præter. חָמְדָתִי, *summè desideravi*, Cant. II. 3.

חָמַד, *m. desiderium*: בְּחֹרֵי חָמַד, *juvenes desiderii, id est, desideratissimi*, Ezech. XXIII. 6.

חָמוּד, *m. desiderabile, res desiderabilis*: aff. חָמוּדוֹ, *desiderabile ejus*, Psalm. XXXIX. 12. בְּחָמוּדוֹ, *cum re desiderabili sua*, Job. XX. 20. plural. וַחְמוּדֵיהֶם, *et desiderabilia*

eorum, Ies. XLIV. 9. fœm. חָמוּדוֹת, *desiderabilia*, Esr. VIII. 27. כּוֹ אֶתְהָ, *nam desideria tu es*, Dan. IX. 23. pro vir desideriorum, ut plenè dicitur, Dan. X. 11. id est, omnium desiderabilium virorum desideratissimus.

חָמְדָה, *f. idem*: אֶרֶץ חָמְדָה, *terram desiderii, id est, desideratam*, Ies. III. 19. constr. חָמְדַת כָּל-הַגּוֹיִם, *desiderium omnium gentium*, Hag. II. 7. aff. חָלַקְתָּ חָמְדֵי, *partem desiderii mei*, Jer. XII. 10.

מְחָמַד, *m. desiderium*, 1 Reg. XX. 6. plur. כָּלוּ מְחָמְדִים, *totus ipse est desideria, id est, desideratissimus*, Cant. V. 16. constr. מְחָמְדֵי גִטָּנִים, *desideria uteri ipsorum, id est, liberos desideratissimos*, Hos. IX. 16. affix. מְחָמְדֵי, *desideria mea*, Joël. IV. 5. id est, desideratissima quæque.

מְחָמוּדִים, *m. p. idem*: affix. מְחָמוּדֵיהָ, *res desiderabiles suas*, Thren. I. 7.

חָמָה *m. socer, et est ut ab אָבָה* aff. אֶל-חָמִיהָ, *ad socerum suum*, Gen. XXXVIII. 25.

חָמוֹת, *f. socrus*: aff. חָמוֹתָהּ, *socrus ejus*, Ruth. II. 19.

חֹמָה, *f. murus*, Levit. XXV. 30. constr. לְחֹמַת נְהֹשֶׁת, *in murum æneum*, Jerem. XV. 20. aff. חֹמֹתָהּ, *ad murum ejus*, Nah. II. 5. plural. חֹמוֹת, *muri*, Ies. XXVI. 1. aff. חֲמֹתֶיךָ, *muros tuos*, Deut. XXVIII. 52. duale, בֵּין חֲמֹתַיִם, *inter muros duos*, Ies. XXII. 11.

חָמַט חָמַט, *m. limax, testudo, aliis est lacerta, aliis aliud*, Levit. XI. 30.

חָמַל *pepercit, clementiâ usus*

fuit: construitur cum על et אָל: præterit. חָמַל עַל-עַמּוֹ, *clementiâ usus erga populum suum*, 2 Paral. XXXVI. 15. infinit. לְחַמְלָה עָלַיָּהּ, *clementiâ utendo erga te*, Ezech. XVI. 5. cum הַ paragogico. Potest et nomen esse: nomina enim verbalia sæpè suorum verborum structuram imitantur. Simile vide in חָמַץ fut. אִישׁ אֶל-אָחִיו לֹא יִחְמְלוּ, *quisque in fratrem suum non utetur clementiâ*, Ies. IX. 19.

חָמַח, f. *clementia*, quasi ignoscenciam vel parsionem dicas: construct. בְּחַמְחַת יְהוָה עָלַי, *propter clementiam Domini erga eum*, Genes. XIX. 16. propterea quòd clementiâ uteretur Dominus erga eum: affix. וּבְחַמְחַתוֹ, *et clementiâ suâ*, Iesaias LXIII. 9.

מַחְמַל, m. *indulgentia*, Ezechiel. XXIV. 21.

חָמַח, *calefactus fuit, caluit, concaluit, incaluit*: quandoque constructur cum ל vel dativo: præter. וַחֶם הַשֶּׁמֶשׁ, *et quum incalesceret sol*, Exod. XVI. 21. וַחֶם לָהֶם, *calescit illis*, Eccles. IV. 11. et sic 1 Reg. I. 2. infin. לְחַמְחֵם, *ad calescendum*, Ies. XLVII. 14. pro לְחַמְחֵם, et Kametz est propter pausam. Niph. partic. הַנְּחַמְחִים, *qui incalescunt*, Ies. LVII. 5. futur. וּלְאַחַד אִיָּהּ יִחַם, *et uni quomodo incalescet?* Eccles. IV. 11. Pih. futur. תַּחְמִיחַ, *calefaciet*, Job. XXXIX. 14. Hithp. futur. יִתְחַמְחֵם, *calefactus fuerit*, Job. XXXI. 20.

חָם, m. *calidus*, Jos. IX. 12. plur. בְּגָדֶיךָ חֲמוּם, *vestimenta tua calida*, Job. XXXVII. 17.

חָם, m. *calor, æstus*: וַיִּקַּר וַחֶם, *frigusque et æstus*, Gen. VIII. 22.

affix. בְּחֶמּוֹ, *in calore ejus*, Job. VI. 17.

חֹם, m. *fuscum*, quasi ex calore adustum, Gen. XXX. 32.

חֶמֶה, f. *calor, sol*, à calefaciendo, Job. XXX. 28. aff. מִחֶמְתּוֹ, *a calore ejus*, Psal. XIX. 7.

חֲמָנִים, m. p. *subdiales statuæ*, quasi solares vel soli expositæ, Ies. XXVII. 9. aff. חֲמָנִיכֶם, *subdiales statuas vestras*, Levit. XXVI. 30. ubi R. Salomon: idola erant, quæ ponebant super tecta, et quia soli erant exposita, appellabant ea חֲמָנִים: et Ab. Esra: בְּתוּם, *domus*, vel *sacella* erant facta ad cultum solis.

חָמַס, *abstulit, abripuit violenter, violentiâ usus fuit, violentiam, vim fecit, injuriâ affecit*: præter. חָמַס תּוֹרָתִי, *vim faciunt legi meæ*, vel, *injuriâ afficiunt legem meam*, Ezech. XXII. 26. futur. יִחְמַס, *violenter auferet, vi abripiet*, Job. XV. 32. Thren. II. 6. עָלַי תַּחְמַסוּ, *quas contra me violenter rapitis*, id est, iniquè comminiscimini, Job. XXI. 27. Niph. præter. וּבְנִחְמַסוֹ עָמְבֵינוּ, *et violenter auferentur vestigia tua*, id est, soleæ tuæ, Jerem. XIII. 22. hoc est, disalceata ibis in captivitatem; confer Ies. XX.

חָמַס, m. *vis, violentia, injuria, rapina*: עַד חָמַס, *testis injuriæ*, id est, iniquus, injurius, Exod. XXIII. 1. constr. וַחֲמַס-אֶרֶץ, *et violentiam terræ*, Hab. II. 8. aff. חָמַסוֹ, *injuria ejus*, Psalm. VII. 17. plurale, מֵאִישׁ חָמַסִים, *a viro violentiarum*, id est, violentissimo, Psal. CXL. 2.

תַּחְמַס, m. *hirundo*, juxta quosdam, Levit. XI. 16. Kimchi in lib. Rad. scribit; quòd sit avis immunda sic dicta, quòd alias aves violenter rapit.

חָמֵץ *fermentatus fuit*: præter.

חָמֵץ, *quum nondum fermentata esset*, Exod. XII. 39. partic. vide inter nomina. infin. עַד־חֲמֵצְתוֹ, *usque ad fermentari ejus*, id est, dum fermentata sit, Hos. VII. 4. ab absoluto חֲמֵצָה, vide simile in חֲמֵץ. futur. טָרַם יִחְמָץ, *antequam fermentaretur*, Exod. XII. 34. Hithp. futurum metaphoricè, כִּי יִתְחַמֵּץ, *quum exacerbabatur animus meus*, Psal. LXXIII. 21.

חָמֵץ, m. *fermentatum*, Exod. XII. 15.

חֲמֵץ, m. *acetum*, quasi vinum fermentatum vel acidum dictum, Num. VI. 3.

חֲמוֹץ, m. *præfractus, violentus, oppressor, præfractè et violenter agens*, quasi חָמָס, ח, צ et ס, inter se permutatatis, Psal. LXXI. 4.

חֲמוּץ, m. *conspersus, tinctus vel infectus, madefactus*: constr. חֲמוּץ בְּנָדִים, *madedactus vestibus*, Iesaias LXIII. 1. metaphora à massa conspersa.

חֲמוּץ, m. *oppressus*, Ies. XI. 7.

חֲמוּץ, m. *merum, pabulum*, propriè subacidum: **יִגְלִיל חֲמוּץ וְאֵכְלוּ**, *farraginem meram comedent*, Iesaias XXX. 24.

חֲמֵצָה, f. *fermentatio*, vide antè in Kal.

מִחְמָצֵת, f. *fermentatum*, Exod. XII. 20.

חָמַק *discessit, subduxit se*: *circuivit se subducendo*. præter. חָמַק עָבַר, *subduxit se, præterit*, Cant. V. 6. Hithp. futur. עַד־מָתַי תִּתְחַמְּקִין, *quousque subduces te*, Jerem. XXXI. 22.

חֲמוּגָה, m. *ambitus, circumductus*:

plur. construct. חֲמוּגֵי יָרְבֵּיהֶּ, *ambitus femorum tuorum*, Cant. VII. 1.

חֲמָר *turbari, turbidum, lutosum esse vel fieri*: item *bituminare*. præter. חֲמָר וַיִּינֶן חֲמָר, *et vinum turbidum est*, Psal. LXXV. 9. juxta Ab. Efram R. Salomon, *vinum vinosum*: nam Chaldaicè **חֲמָרָה** futurum,

חֲמָרֵי מִימֵיו, *lutosæ fient aquæ ejus*, Psal. XLVI. 4. ex alia significatione, **וַתִּחְמָרְהָ**, *et bituminavit, bitumine oblitit eam*, Exod. II. 3. quæ à nomine חֲמָר, *bitumen*, petita est. Pyh. ex geminatis duabus radicalibus, præterit. פָּנֵי חֲמָרְמָרָה, *facies mea lutulenta, squalida facta est à fletu*, Job. XVI. 16. quod juxta Masorethas legendum in fine רָה, ut illud, כְּעֵי חֲמָרְמָרֵי, *viscera mea turbantur, turbida fiunt ut aqua æstuans et fluctuans*, Thren. I. 20.

חֲמָר, m. *lutum*, Ies. XLV. 9. *cæmentum, intritum*, Gen. XI. 3. item *acervus*, unde חֲמָר מֵיִם רַבִּים, *ad acervum aquarum multarum*, Hab. III. 15. pluraliter חֲמָרִים, *acervi*, Exod. VIII. 10. Fuit et חוֹמֵר, *chomer* mensura maxima, quæ et בּוֹר, *corus* vocatur, continens decem bathos sive ephas, quæ ejusdem fuerunt mensuræ, Ezech. XLV. 11, 14. de epha est traditio in jure Hebræorum: **הָאִיפָה שְׁלֹשׁ סֵאִין**, *epha trium est sein sive satorum*: Menachoth c. 8. in principio Misnæ. Totidem etiam bathus in liquidis. Ergo chomer sive corus, continuuit triginta sata: nam ter decies sunt triginta. Quantum סֵאִיָּה, *sea* sive *satum* continuerit, vide illic. Chomeris hujus mentio, Lev. XXVII. 16. Num. XI. 32. Ies. V. 10. Hos. III. 2.

חֲמָר, m. *bitumen*, Exod. II. 3.

חֲמוּר, m. *merum, vinum meracum*

rubens, quasi luteum dictum, vel quod cerebrum turbet: בְּרֵם חֶמֶר, *vinea rubentis vini*, Ies. XXVII. 2. *etiam sanguinem uvarum bibisti* חֶמֶר, *merum*, Deut. XXXII. 14. Chald. חֶמֶר וּמִשְׁחָה, *vinum et oleum*, Esr. VI. 9. emph. חֶמְרָא שְׂתָה, *vinum bibebat*, Dan. V. 1.

חֶמֶר, m. *asinus*, Jud. XV. 15. R. Bechai scribit, Genes. II. sic dici à חוֹמֶר, id est, modiis et acervis frumenti portandis, item *acervus*, ver. 16. חֶמֶר לֶחֶם, *asinum panis*, 1 Sam. XVI. 20. id est, onustum pane, ut Kimchi explicat in Com. aff. לְחֶמְרוֹ, *asino suo*, Gen. XLII. 27. plur. וּצְמֹד חֶמְרִים, *et par asinorum*, Jud. XIX. 3. duale à forma fœminina, חֶמְרֵתַיִם, *acervos duos*, Jud. XV. 16. aff. אֶת-חֶמְרֵיהֶם, *asinorum eorum*, Gen. XXXIV. 28.

חֶמְרוֹ, m. *dama*, juxta quosdam, Deuter. XIV. 5. quidam *bubalum* interpretantur. Kimchi in lib. Rad. scribit esse animal simile capræ magnæ.

חֶמֶשׁ f. *quinque*: חֶמֶשׁ שָׁנִים, *quinque annos*, Genes. V. 6. constr. חֶמֶשׁ מֵאוֹת שָׁנָה, *quinque centum*, id est, *quingentos annos*, Gen. XI. 11. plurale significat decies quinque, id est, *quingaginta*: חֶמֶשִׁים אִישׁ, *quingaginta viros*, 1 Reg. XVIII. 4. aff. חֶמֶשִׁים וְחֶמֶשִׁים, *cum quingaginta suis* sc. hominibus vel militibus, 2 Reg. I. 9. mascul. חֶמֶשֶׁה אֲנָשִׁים, *quinque viros*, Gen. XLVII. 2. const. חֶמֶשֶׁת, Jos. X. 5. huic competit idem pluralis, qui ante.

חֶמֶשׁ, masc. *quinta pars*, Genes. XLVII. 26. אֶל-הַחֶמֶשׁ, *ad quintam partem sive costam lateris*, 2 Sam. II. 23.

חֶמֶשִׁי, m. *quintus*, Genes. I. 23. vel cum Dagesch, בַּחֹדֶשׁ הַחֶמֶשִׁי, *mense quinto*, Zach. VII. 3. fœmin. חֶמֶשִׁית vel חֶמֶשִׁית, *quinta*, Neh. VI. 5. *quinta pars*, Gen. XLVII. 24. affix. וְאֶת-חֶמֶשִׁיתוֹ, *et quintam partem ejus*, Lev. V. 16. affix. וְחֶמֶשֶׁתָּיו, *et quintas partes ejus*, Levit. V. 24. est ex forma singul. et plur. compositum, quo Ab. Esra scribit significari minùs quàm plura, id est, duo sive duas quintas. Subtile id magis, quam probabile.

חֶמֶשִׁים, m. p. *quini, quino ordine*, qui militaris erat, Exod. XIII. 18. Hebræi scribunt, idem esse quod חֶלְוִיצִים, *expediti, accincti*.

חֶמֶשׁ, verbum in Pihel, *quintavit*, sicut dicitur *decimavit*: praet. וְחֶמֶשׁ, *et quintabit terram*, id est, *quintam proventuum accipiet*, Gen. XLI. 34. *quintam terræ imponit solvendam*.

חֶמֶת masc. *uter, lagena*: מֵין-חֶמֶת, *ex utre*, Genes. XXI. 15. et alia forma, וְחֶמֶת מַיִם, *et utrem aquæ*, ver. 14. חֶמֶת מַיִן, *utre vini*, Hos. VII. 5. affix. חֶמֶתְךָ, *utrem tuum*, Hab. II. 15. quod est a חֶמְהָ, vide יחם.

חֶנֶה *castrametatus est, castra posuit*: *resedit, construitur absolutè et cum præpos. עַל, אֶל et ל: praet. וְחֶנִּיתִי לְבֵיתִי, et castra ponam ad domum meam*, Zach. IX. 8. וְחֶנִּיתִי עָלֶיךָ, *et castrametabor contra te*, Ies. XXIX. 3. part. cum affix. חֶנֶה, *castrametantis contra te*, pro עָלֶיךָ, Psal. LIII. 6. inf. חֶנֶה חֶנֹּת הַיּוֹם, *ecce (tempus) castra melandi hodie*, Jud. XIX. 9. id est, *diversandi*,

hospitandi tempus nunc est: ita enim per עַת, *tempus*, R. Salomon supplet.

חַנִּית, fœm. *hasta, lancea*, quòd in castris ejus maximus usus esset: חָרֵב, *gladius aut hasta*, 1 Sam. XIII. 22. affix. וַחֲנִיתוֹ, *et hasta ejus*, 1 Sam. XIX. 9. plur. אֶת־הַחֲנִיתִים, *lanceas*, 2 Paral. XXIII. 9. et forma fœm. cum aff. וַחֲנִיתוֹתֶיהֶם, *et hastas suas*, Ies. II. 4.

חַנְיּוֹת, f. p. *cellulæ, mansiunculæ*, Jer. XXXVII. 16. singulare חַנּוּת, *hospitium, diversorium*, in quo castra nostra ponimus, hospitamur, et quiescimus, apud Rabbinos frequentissimum.

מַחֲנֶה, c. *castra, acies*. הַמַּחֲנֶה, *acies illa quæ reliquæ facta fuerit*, ubi masculin. et, אֶל־הַמַּחֲנֶה, *ad aciem unam*, ubi fœmin. Gen. XXXII. 9. const. מַחֲנֶה מִדְּבָר, *castra Midian*, Jud. VII. 8. affix. בְּקֶרֶב מַחֲנֶה, *in medio castrorum tuorum*, Deut. XXIII. 15. duale, מַחֲנִים, *Machanajim*, id est, castra duo, nomen proprium loci, a duobus castris sic dicti, angelorum scil. et Jacobi, Genes. XXXII. 2. cum הַ locali, מַחֲנִימָה, *in Machanajim*, 2 Sam. XVII. 24. plur. הַבְּמַחֲנִים, *num in castris*, Num. XIII. 20. מַחֲנִיךָ, *castra tua*, Deut. XXIII. 24. Et forma fœm. בְּשַׁעֲרֵי מַחֲנוֹת, *in portis castrorum*, 2 Par. XXXI. 2.

תַּחְנוּת, f. *metatio: mansio*: affix. תַּחְנוּתִי, *metatio mea*, 2 Reg. VI. 8. et Cholem est loco Schurek, scribit Kimchi.

חָנַט, *condivit aromatibus quod balsamare dicunt: item edidit, protulit, protulit*: præter. פָּנִיחָה, *protulit grossulos suos*, Cant. II. 13.

particip. יָמֵי הַחֲנִטִּים, *dies aromatibus conditorum*, vel quí aromatibus condiri solent, Genes. L. 3. infinit. לַחֲנוּט אֶת־אָבִיו, *ut aromatibus condirent patrem suum*, ver. 2. futur. וַיִּחְנְטוּ, *et aromatibus condiderunt*, ibid.

חֶטָה, f. *triticum*, sic dictum, quòd ex folliculis suis protrusum emineat, et est pro חֲנֻטָה, ut ex lingua Chaldaica apparet: אֶרֶץ חֶטָה, *terram tritici*, Deuter. VIII. 8. plurale בְּיָמֵי חֶטָה, *in diebus messis tritici*, id est, triticeæ, Genes. XXX. 14. et in Nun, קַח לְךָ חֶטָה, *accipe tibi tritica*, Ezech. IV. 9. constr. בְּחֶטָי, *in tritico Minnith*, Ezech. XXVII. 17. Chald. חֲנֻטִין, *tritica*, Esr. VI. 9.

חֲנִכָּה, *initiavit, primùm imbut, instruxit: dedicavit: præterit. וְלֹא חֲנִכָּה, et non initiavit eam*, Deut. XX. 5. imp. חֲנִנָּה לְנַעַר עַל־פִּי דָרְבּוֹ, *initia puerum pro ratione viæ ipsius*, Prov. XXII. 6. id est, primùm imbut, instrue, institue. futur. וַיִּחְנְכוּ, *et dedicaverunt domum*, 2 Par. VII. 5.

חֲנִכָּה, f. *initiatio, dedicatio*: לַעֲשׂוֹת חֲנִכָּה, *ad faciendum dedicationem*, Nehem. XII. 27. וּבְחֲנִכַת הַחוּמָה, *et ad dedicationem muri*, ibid. Chald. לַחֲנִכַת צְלָמָא, *ad dedicationem imaginis*, Dan. III. 2.

חֲנִיכִים, m. p. *initiati, instructi*: aff. חֲנִיכָיו, *instructos suos*, Genes. XIV. 14. scil. servos domesticos.

חֲנַמְלָה, m. *grando major, lapides magni grandinis*, juxta Ab. Esram, Ps. LXXVIII. 47.

חָנַן *gratiam fecit, misericors, gratus fuit, gratosè largitus est, miseratus fuit.* Constructur cum accus. rei et personæ, et præpos. ל. præter. **וְחָנַנִי אֱתֵּי אֲשֶׁר אֲהֵן**, *gratosus ero cui fuero gratus*, Exod. XXXIII. 19. infin. **וְחָשַׁכְתָּ חַנּוּת**, *an oblitus est gratiam facere*, Ps. LXXVII. 10. cui similem formam vide in **שָׁמַח**. fut. irregul. **וְיַחְנֶנִּי**, *gratiam faciendo gratiam faciet tibi*, Ies. XXX. 19. et sic Gen. XLIII. 29. Nun autem debebat esse Dagesatum, ut dicitur **וְיַחְנֶנִּי**, *et gratiam faciat tibi*, Num. VI. 25. Chald. infinit. **בְּמַחֲוֵי עֵינָי**, *gratiam faciendo pauperibus afflictis*, Dan. IV. 24. Niph. præter. anomalum, **מִהֲיִחְנַנִּי**, *quàm gratus tibi eris, quàm gratulaberis tibi*, Jerem. XXII. 23. deficit Dagesch, ut antè in futuro Kal. Pih. particip. **מַחְוֵן**, *gratiam faciens*, Prov. XIV. 21. infin. **עַתָּה לְיַחְנֶנִּי**, *tempus est gratiam faciendi ei*, Psalm. CII. 14. ubi Sægol est loco Pathach, et ex נ abest Dagesch, pro **לְיַחְנֶנִּי**. Hoph. futur. **יִחַן**, *grata fiet*, Ies. XXVI. 10. Hithp. *precarì, deprecari*, propriè pro gratiâ, vel ut gratia fiat: infinit. **לְיַחְנֶנִּי**, *ad deprecandum eum*, Esth. IV. 8. Chald. part. **וְיַחְנֶנִּי**, *et deprecantem*, Dan. VI. 12.

חָן, m. *gratia*: **חָן מִצָּא חָן**, *invenit gratiam*, Gen. VI. 8. et in Chirek, **וְחָן עָרְפוֹ**, *et gratiam dispositionis ejus*, Job. XLI. 4. aff. **וַיִּתֵּן חָנוֹ**, *et dedit gratiam ejus*, id est, לוֹ, *ipsi*, Gen. XXXIX. 21. id est, conciliavit ipsi gratiam.

חָנוּן, m. *gratosus, clemens*, Exod. XXII. 26.

חָנָּב, *gratis, immeritò, frustra, absque causa*, Gen. XXIX. 15. Exod. XXI. 11.

חֲנִינָה, f. *gratia*, Jer. XVI. 15.

תְּחִנָּה, f. *precatio, deprecatio, supplicatio*, 1 Reg. VIII. 54. construct. **אֶל-תְּחִנַּת עַבְדְּךָ**, *ad deprecationem servi tui*, ibid. ver. 30. aff. **וְאֶל-תְּחִנַּתוֹ**, *et ad precationem ejus*, ibid. ver. 28.

תְּחִנּוּתִים, m. p. *deprecationes, preces*, Zach. XII. 10. construct. **תְּחִנּוּתַי**, Jerem. III. 21. aff. **וְאֶל-תְּחִנּוּתָיו**, *et ad deprecationes ejus*, Dan. IX. 17. fœm. **בְּקוֹל תְּחִנּוּתַי**, *voci deprecationum mearum*, Psalm. LXXXVI. 6.

חָנַף *contaminatus, profanatus fuit, profanè egit, profanus fuit, et interdum active, contaminavit, profanavit: hypocrisi uti, hypocritam agere.* præter. **חָנְפוּ**, *prophani sunt, prophane agunt*, Jerem. XXIII. 11. **וְהָאָרֶץ חָנְפָה**, *etiam ipsa terra contaminata vel prophanata est*, Ies. XXIV. 5. infin. **חָנְפוּ תְּחִנַּף הָאָרֶץ**, *contaminando contaminaretur terra ista*, Jerem. III. 1. **וַיִּתְחַנֵּף אֶת-הָאָרֶץ**, *et contaminavit terram*, Jerem. III. 9. Hiph. **יִחְנִיף אֶת-הָאָרֶץ**, *contaminabit terram*, Num. XXXV. 33. **יִחְנִיף בְּחִלְקוֹת**, *contaminabit, hypocrisin exercebit blanditiis*, Dan. XI. 32.

חָנֵּף, m. *profanus, impurus, hypocrita*: **כָּל חָנֵּף**, *totus est hypocrita*, Ies. IX. 17. plur. **חָנְפִים**, *hypocritæ*, Ies. XXXIII. 14. constr. **חָנְפֵי-לֵב**, *hypocritæ corde*, Job. XXXVI. 13.

חֲנִיף, m. *hypocrisis*, Ies. XXXII. 6.

תְּחִנָּה, f. idem, Jer. XXIII. 15.

חָנַק Pih. *strangulavit: partic.* **מִחְנֵק לְלִבְאֵתָיו**, *strangulans leucum*

lis suis, Nah. II. 13. Niph. futur. **וַיִּחַנֵּךְ** et strangulavit se, 2 Sam. XVII. 23.

מִחַנֵּךְ, m. strangulatio, Job. VII. 15.

חֶסֶד m. benignitas, beneficentia, beneficium, misericordia: item, probrum, ex Chald. linguæ usu, ubi pro **חַרְפָּה** poni solet: **עָשָׂה חֶסֶד**, exercens benignitatem, Deut. V. 10. **חֶסֶד הוּא**, probrum est, Levit. XX. 17. **וַיְחַסְדוּ לְאֻמִּים**, et probrum nationum, Prov. XIV. 34. aff. **חֶסְדוֹ**, benignitas ejus, Psalmus CVI. 1. plural. **כְּטַנְתִּי מִכָּל הַחֶסְדִּים**, id est, impar sum omnibus hic beneficiis, Genes. XXXII. 11. construct. **זְכוֹר לְחֶסְדֵי דָוִד**, recordare benignitatem, Davidis, id est, erga Davidem, 2 Par. VI. 42. aff. **כְּרַב חֶסְדוֹ**, secundum multitudinem benignitatum tuarum, Psal. CVI. 45.

חֶסֶד, Pih. **חֶסֶד**, probro afficere, quomodo in Targum sæpe usurpatur, pro Hebræo **חָרַף** futur. **יִפְּוֹ-יִחַסְדֶּךָ**, ne probro afficiat te, Prov. XXV. 10. Sic Syriacè, **דְּמַחְסְדֵינָא לְכוּן**, quum exprobraverint vobis, Matth. V. 11. **מִתְחַסְדֵינָא**, probris afficimur, 1 Tim. IV. 10. Hithp. **עֵם-חֶסֶד תִּתְחַסֵּר**, cum benigno benignum te exhibebis, Psal. XVIII. 26.

חֶסֶד, m. benignus, beneficus, misericors: item sanctus, qui piè et sanctè vivit, si de hominibus dicatur, et erga alios beneficus est: **כִּי-יִמְרָא** **חֶסֶד**, nam desiit beneficus, Psalm. XII. 2. **אֲבָד חֶסֶד**, periit beneficus, Mich. VII. 2. **אִישׁ חֶסֶד**, vir benignus, misericors, Prov. XI. 17. **מִגּוֹי לֹא-חֶסֶד**, a gente non benigna, id est, maligna, crudeli, immisericordi,

Psal. XLIII. 1. **כִּי חֶסֶד אָנֹכִי**, nam benignus ego sum, Jer. III. 12. affix. **לְאִישׁ חֶסְדֶּךָ**, viro benefico tuo vel sancto tuo, Deut. XXXIII. 8. **לֹא תִתֵּן חֶסְדֶּךָ**, non permittes sanctum tuum, vel benignum tuum erga quem tu benignus es, Psal. XVI. 10. plur. **בְּקִהְלֵי-חֶסְדֵיכֶם**, in congregatione sanctorum, Psal. CXLIX. 1. **לֹא-יַעֲזֹב אֶת-חֶסְדֵיכֶם**, non derelinquet sanctos suos, Psal. XXXVII. 28.

חֶסְדֶּךָ, f. ciconia, Jerem. VIII. 7. à beneficentia: nam genetricum se-nectam ciconiæ invicem educant: colla inter avolandum imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt, scribit Plinius lib. 10. cap. 23. apud Talmudicos in Cholin, c. 3. fol. 63. legitur: quare vocatur nomen ejus **חֶסְדֶּךָ**? eo quòd exercet **חֶסְדֵיכֶם**, beneficentiam erga socios suos, alimentum cum illis communicando, ut scholiastes addit.

חֶסֶה confugit, recepit se ad aliquem, sub cujus protectione tutus sit, ut pulli sub alis gallinarum, inde est, speravit, fudit, confidit, fiduciam habuit: construitur cum præpos. **בְּ**, et quandoque **תַּחַת** præterit. **וַיִּחְסֶה בּוֹ**, et sperabit in eo, recipiet se ad eum, Psalm. LXIV. 11. infin. **לְחַסוֹת תַּחַת-כַּנְּפָיו**, ad recipiendum te sub alas ejus, Ruth. II. 12.

חֶסוֹת, f. receptus, refugium, Ies. XXX. 3.

מִחְסֶה vel **מִחְסָה**, masc. idem: **וּמִבְּלֵי מִחְסֶה**, et absque perfugio vel obtectione, Job. XXIV. 8. construct. **מִחְסֶה כֶּזֶב**, receptum fallaciæ, id est, fallacem, Ies. XXVIII. 17. aff. **מִחְסֶהוּ**, receptus ejus, Psal. XIV. 6.

חָסַל absumpsit, consumpsit:

futur. **בִּי יִחְסַלְנִי**, *quia consumet illud locusta*, Deut. XXVIII. 38.

חֶסֶל, m. *bruchus*, ab absumendo, 1 Reg. VIII. 37.

חָסַם *obthuravit, capistravit*: part. **וַיְחַסְמֵת הָיָא**, *et obihurat illa*, scil. ora vel nares prætereuntium, Ez. XXXIX. 11. futur. **לֹא תַחְסֹם**, *ne obthurato os, ne capistrato*, Deut. XXV. 4.

מַחְסוֹם, masc. *capistrum*, Psalm. XXXIX. 2.

חָסַן Chald. *fortis, robustus fuit*: in Aph. **אַחְסֵן**, *apprehendit, possedit*. præterit. **הִחְסֵנוּ**, *possederunt*, Dan. VII. 22. futur. **וַיִּחְסְנוּ מַלְכוּתָא**, *et possidebunt regna*, Dan. VII. 18.

חֶסֶן, Chaldaice, *robur, potentia*, Dan. II. 37. aff. **בְּתַקְוַת חֶסְנִי**, *robore potentiae meæ*, Dan. IV. 27.

חָסִין, masculin. *robustus*, Psalm. LXXXIX. 9.

חֶסֶן, m. idem, Amos II. 9. Ies. I. 31.

חֶסֶן, m. *robur*, Ies. XXXIII. 6. item *thesaurus, opes, facultates*, quæ robur et firmamentum hominis sunt, Ezech. XXII. 25. Proverb. XV. 6. hinc verbum in Niph. unde futur. **לֹא יִחְסַר וְלֹא יִחַסַּר**, *non reponetur in thesaurum neque recondetur*, Ies. XXIII. 18. synonyma.

חֶסֶף **חֶסְפָּא** Chald. *lutum, pro- priè figuli, argilla, testa argillacea*: **מִנְהֵן דִּי חֶסֶף**, *ex eis*, id est, *partim ex luto*, Dan. II. 33. **דִּי פְּרוֹזָא**, *ex ferro et ex luto*, id est, *ferreos et luteos*, ver. 34.

מַחְסָפָס*, masc. *rotundum*, Exod. XVI. 14. id est, *עָגוּל* juxta Aben Esram.

חָסַר *defuit, defecit, destitutus*

fuit, caruit, eguit, indiguit: præter. **לֹא חֶסַרְתָּ דָבָר**, *non eguisti ulla re, non defuit tibi quidquam*, Deuter. II. 7. **חֶסְרֵנוּ לָל**, *eguumus omnibus*, Jer.

XLIV. 18. infin. **הָלוֹךְ וְחָסוֹר**, *eun- do et deficiendo*, Gen. VIII. 5. id est, *magis magisque deficiebant et minue- bantur*, Pih. **חָסַר**, *destituit, defrau- davit, minuit, imminuit*, part. **וַיַּחְסַר** **אֶת־נַפְשִׁי מִטוֹבָה**, *destituo animam meam bono*, Eccles. IV. 8. futurum, **וַתַּחְסְרֵהוּ מְעַט**, *et deficere fecisti eum parum ab angelis*, Psal. VIII. 6. id est, *minorem paulisper fecisti eum*. Hiph. præterit. **הַמְמַעֵיט לֹא** **הַחֶסֶר**, *qui minus colligebat, non eguit*, Exod. XVI. 18. futur. **מִשְׁקָה** **יַחְסִיר**, *et potum sitientis defi- cere facit*, id est, *subtrahit*, Ies. XXXII. 6.

חֶסֶר, m. *inopia, penuria, defectus*: **וְחֶסֶר לֶחֶם**, *et penuria panis*, Amos IV. 6. **וּבְחֶסֶר כָּל**, *et in penuria om- nium rerum*, Deut. XXVIII. 48.

חֶסֶר, idem: constr. **וּבְחֶסֶר־לֵב** **וּמִוֹתָו**, *et defectu animi, dementia moriuntur*, Prov. X. 21. et adjectivè, ut sequitur.

חֶסֶר, masc. idem, Job. XXX. 3. **בִּי חֶסֶר יִבְאֵנוּ**, *quòd inopia obveniet ei*, Prov. XXVIII. 22.

חֶסֶר, m. *deficiens, destitutus, ca- rens, egens, indigens*; **מֵה־אֶתְּהָ חֶסֶר** **עִמִּי**, *cujus tu indigens es apud me?* 1 Reg. XI. 22. const. **וַיַּחְסַר לֶחֶם**, *at carens vel indigens pane*, 2 Sam. III. 29.

חֶסֶר, Chald. idem: **וַהֲשִׁיבָתָהּ** **חֶסֶר**, *et inventus es deficiens*, Dan. V. 27.

חֶסְיוֹן, masc. *defectus*, Eccles. I. 15.

מחסור, m. *egestas, indigentia, penuria*, Jud. XVIII. 10. affix. כָּל־מְחֹסְרָךְ עָלַי, *omnis penuria tua sit super me*, Jud. XIX. 20. plural. וּמְחֹסְרֶיךָ כְּאִישׁ מִגֵּן, *et egestates tuas*, id est, *maxima egestas tua, ut vir clypeatus*, scil. *advenit*, Proverb. XXIV. 34.

חָפַה *texit, occultavit, operuit*: præt. וַחֲפוּ רִאשָׁם, *et operient caput suum*, Jer. XIV. 3. particip. רִאשׁ לֹ, חֲפוּי, *caput ipsi erat opertum*, 2 Sam. XV. 30. Niph. partic. fœm. נִחְפָה, בְּבֶסֶף, *tecta argento*, Psal. LXVIII. 14. Pih. præter. וַחֲפָה זָהָב, *obtegit auro*, 2 Par. III. 9. futur. per apoc. וַיִּחְפֵּה אֶת־הַבַּיִת, *et obtexit domum*, ver. 7. et cum אַ loco tertiæ radicalis, וַיִּחְפְּאוּ, *et occultarunt*, 2 Reg. XVII. 9.

חָפוּ *trepidavit, contremuit, acceleravit cum tremore*: infin. אֶמְרָתִי, בְּחֲפָוִי, *dixi in festinando me*, id est, in festinatione mea, vel trepidatione, Psalm. XXXI. 23. quâ phrasi Judæi utuntur in fine suarum epistolarum, pro eo quod Latinè dicimus, scripsi raptim. futur. וַיִּחְפְּאוּ, *neque trepidate*, Deut. XX. 3. Niph. præt. נִבְהָלוּ נִחְפְּאוּ, *conturbati sunt, trepidarunt*, Psalm. XLVIII. 6. particip. נִחְפָּו לְכַת, *acceleratus ad eundem*, 1 Sam. XXIII. 26. id est, *accelerabat abitum*. futur. יִחְפְּאוּ, *trepide surripuerunt se*, Psal. CIV. 7.

חֲפָזוֹ, m. *festinatio*, Exod. XII. 11.

חֲפֵן, m. *pugillus, pugnus*, duale, מְמֵלֵא חֲפָנִים, *præ plenitudine utriusque pugni*, Eccles. IV. 6. constr. אֶל־חֲפָנַי, *in pugnos*, Ezech.

X. 7. affix. וּמֵלֵא חֲפָנָיו, *et plenitudinem pugillorum suorum*, id est, *plenos pugillos suos*, Lev. XVI. 12.

חָפַף *texit, protexit; obtexit, operuit*: partic. חוֹפֵף עָלָיו, *obtegens super eum*, id est, *protegens*, Deut. XXXIII. 12.

חוֹף, m. *portus*, quasi *navium protectio*, Jos. IX. 1.

חָה, *nitidus, mundus, tectus ab immundicie*, Job. XXXIII. 9.

חָפָה, f. *obtectio, protectio*, Ies. IV. 5. item *thalamus*, nuptialis propriè: aff. מְחַפְּתוֹ, *de thalamo suo*, Psal. XIX. 6. וּבְכֵלָה מְחַפְּתָהּ, *et sponsa de thalamo suo*, Joël. II. 16.

חָפֵץ *voluit, optavit, desideravit, deamavit: delectatus, oblectatus, benè affectus fuit: placuit, complacuit*. Constructur cum accusativo et ablativo mediante præpos. ב. præterit. וַיַּחֲפֵץ בְּבֵת יַעֲקֹב, *deamavit filiam Jacobi*, Gen. XXXIV. 19. fut. יִחְפֹּץ, וְנָבֹו כְמוֹ אֶרֶז, *cum volet, cauda ejus est ut cedrus*, sc. *arrecta et immobilis*, Job. XL. 17. hyperbole: Aben Esra וַיַּעֲמִיד, *erigit, arrigit caudam suam*: R. Levi et Aben Esra, *celeriter movet, motitat*, quasi a חָפֵז per commutationem ז et צ, quia sunt literæ homogeneæ.

חָפֵץ, m. *volens, desiderans, qui delectatur re aliquâ*: רִשְׁעֵי חָפֵץ רִשְׁעֵי, *non Deus volens improbitatem*, Psalm. V. 5. plural. אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים, *quem vos desideratis*, Mal. III. 1. construct. חֲפֵצֵי צְדָקָה, *qui delectantur justitiâ meâ*, Psalm. XXXV. 27. fœmin. בְּנַפְשׁ חֲפֵצָה, *animo cupido*, 1 Par. XXVIII. 9.

חָפֵץ, m. *voluntas, desiderium, studium, delectatio, oblectatio, oblectamentum, optatum, eleganter construi-*

tur cum præpos. ב ut verbum ipsum: **אֵין הַפֶּזַ לְמֶלֶךְ בְּמַהֲרָ**, non est oblectatio regi in dote, 1 Sam. XVIII. 25. affix. **מִמְצוֹא הַפֶּזָה**, ut non invenias voluntatem tuam, Ies. LVIII. 13. id est, obsequaris libidini tuæ, cupita exsequaris: plur. **וְכָל-הַפְּצִים**, et omnia desideria, desiderata oblectamenta, quæcunque expetuntur, Prov. VIII. 11. aff. **כָּל-הַפְּצִיָּה**, omnia desideria tua, Prov. III. 15.

מִן Chald. *quis, qui*: וּמִן הוּא, *et quis ille*, Daniel. III. 15. וּמִן־הֵי, *et quisquis*, ver. 6. וּלְמִן־הֵי, *et cuicumque*, Dan. IV. 14.

מְנַדָּה, Chald. vide in מַדַּד.

מְנַדַּע, Chaldaicum nomen vide in יַדַּע.

מְנָה *numeravit, dinumeravit, supputavit*: præter. מְנָה עִפְר, *numeravit pulverem (Jacobi)*, Num. XXIII. 10. Chald. præter. מְנָה vel מְנָא, *numeravit*, Dan. V. 25, 26. Niph. præter. נְמַנָּה, *annumeratus est*, Ies. LIII. 12. infin. לְהַמְנוֹת, *numerari*, Eccles. I. 15. futurum, יִמְנָה, *numerabitur*, Gen. XIII. 16. יִמְנֶנּוּ, *supputabuntur*, 2 Par. V. 6. Pih. מְנָה, *paravit, præparavit: constituit, præfecit*, Dan. I. 10, 11. מְנַנֵּי, *constituerunt*, Job. VII. 3. imper. per apocopam מִן, *præpara*, Ps. LXI. 8. et sic futurum, וּמִן, *et præparaverat*, Jonæ II. 1. Chald. præter. מְנִי, *constitui*, Dan. II. 24. מְנִי, *præfecisti*, Dan. III. 12. imper. מְנִי, *constitue*, Esræ VII. 25. Pyh. particip. præter. מְמַנִּים, *constituti*, 1 Par. IX. 29.

מְנִי, masc. *numerus, copiæ; לְמִנֵּי, copius, numeris istis, scilicet deorum celestium, seu stellarum, quæ pro diis colebantur*, Ies. LXV. 11.

מִנָּה, m. *mina, libra, pondo*, Ez. XLV. 12. plurale, מִנִּיִם, *minæ*, 1 Reg. X. 17. cum quo confer, 2 Chron. IX. 16. Mina sacra antiqua continebat quinquaginta siclos sacros, centum vulgares: Mina nova Ezechielis sexaginta siclos, centum viginti vulgares, adjectâ nimirum sexta parte. Fuit et mina viginti quinque siclorum sive centum zuzin aut denariorum. Nam מִנָּה, *quartæ pars sicli*.

מִנְיָה, f. *pars, portio*, dinumerata scil. et constituta, 1 Sam. I. 5. const. מִנְיָה vel מִנְיָת, ut Psalm. XI. 6. plur. מִנְיָוֹת, *portiones*, 2 Paral. XXXI. 19. vel מִנְיָוֹת, Nehem. XIII. 10. vel מִנְיָוֹת, Neh. XII. 44. aff. מִנְיָוֹתָיָהּ, *et portiones ejus*, Esth. II. 9.

מִנִּיִם, m. p. *vices*, Gen. XXXI. 7.

מָן, m. *man, manna*, quasi præparatus cibus, Ex. XVI. 15. aut comparatus sine labore, ut appellatur Sapientię XVI. 20.

מִנְיָן, m. Chald. *numerus*: constr. לְמִנְיָן, *pro numero*, Esr. VI. 17.

מִנְחָה, f. *munus, donum, oblatio*: dicitur tam de munere profano, quod homo homini dat, quàm sacro frumentaceo, quod Deo offerebant. Illud munus et mane et vesperi offerebatur. A vespertina oblatione, tempus ipsum vocarunt Hebræi *mincha*. Et id duplex, מִנְחָה גְדוּלָה, *mincha magna*, quæ latè accipitur, et מִנְחָה קְטַנָּה, *mincha parva*, quæ strictè dicitur. Mincha magna seu vespera magna est, quæ incipit ab hora sexta et dimidia, id est, statim post meridiem, ante primam nostram. Hebræorum descriptio est: מִנְחָה גְדוּלָה הַתְּחִלָּת וְזֶמַן תְּמִיד שֶׁל בֵּין הָעֶרְבִים מְכִי תְחִיל לְהָעֵרִיב דְּהַיּוּנוֹ מִחֲצֵי שָׁבַע וְלַמְעַלָּה דְּהָא חֲצֵי שָׁשׁ וְחֲצֵי שָׁבַע הֵמָּה עוֹמְדָת

בְּרֹאשׁ כָּל אֲדָם וְקִדְרַת כְּנַגְדָּה לְמִטָּה וְאִינָה נוֹטָה לְשׁוֹם צָד וּמִחֲצֵי שָׁבַע וְלַמְעַלָּה נוֹטָה בְּרָקִיעַ לְמַעַרְב סְמוּךְ לְמִנְחָה מִהַתְּחִלָּת שָׁבַע id est, *mincha* seu vespera magna est initium temporis sacrificii jugis inter duas vespervas (vide in Radic. עֵרַב) ex quo incipit vesperascere, (id est, sol ad vesperam declinare,) hoc est a dimidia septima et ulterius (id est dimidia prima nostra.) Nam a dimidia sexta ad dimidiam septimam, (a dimidia duodecima usque ad dimidiam primam) sol consistit in capite cujusque hominis et umbram facit rectâ ante se, deorsum, neque declinat in ullum latus: at a dimidia septima et ulterius, (id est, dimidia prima nostra) vergit sol in firmamento versus occidentem et spargit umbram versus orientem. Mincha seu vespera parva est, בתְּשֻׁעָה וּמִחֲצָה, ab hora nona et dimidia, id est, ab hora tertia nostra et dimidia, nempe circa quartam nostram. Hoc tempore, durante templo, solebant sacrificia offerre quæ vocantur mincha: cessante templo et sacrificiis, viri synagogæ magnæ substituerunt eis preces, et *precatio vespertina* vocatur מִנְחָה. Sic tempore minchæ magnæ, precatio est Petrus ascendens in solarium, Actor. X. 9. ad mincham parvam seu horam precationis novam Petrus et Johannes iverunt in templum, Actor. III. 1. centurio Cæsariensis preces peregit, Actor. X. 3, 30. erat et mincha sacrificium matutinum, ut Numer. XXVIII. 4. 2 Reg. III. 20. cui successit תְּפִלַּת הַשָּׁחַר, *oratio matutina*, cujus initium cum ipso die, et finis ad horam quartam, id est, nostram decimam, non quod per quatuor horas duraret, sed quod quilibet tenebatur eam ante finem horæ quartæ absolvere. De hoc est canon Majejonis, tractatu מצוֹתָהּ, *de precatioe*, cap. 3. תְּפִלַּת הַשָּׁחַר מְצוֹתָהּ שֶׁתְּחִיל לְהַתְּפַלֵּל עִם הַיָּץ הַחֲמָה זֶמְנָהּ עַד סוּף שְׁעָה רְבִיעִית שֶׁהִיא שְׁלִישִׁית הַיּוֹם, id est, *orationis ma-*

tulinæ lex est ut incipiat quis orare cum exortu solis, et terminus ejus usque ad finem horæ quartæ, quæ est tertia pars diei. Sic apostoli in precibus et sacris matutinis fuerunt adhuc circa tertiam (id est, nonam nostram antemeridianam) occupati, quando acceperunt Spiritum Sanctum, Actor. II. 15. Videatur Majemon dicto loco: Talmud de Schabbatho, cap. 1. fol. 9. R. Alphes, tractatu de Paschate, capite sexto. Sed redeamus ad vocem. מְנַחָה לַיהוָה, munus vel oblationem Domino, Gen. IV. 3. וְהוֹרִידוּ לְאִישׁ מְנַחָה, et deferre ad virum illum munus, Genes. XLIII. 11. וְאֶכְפָּרָה פָּנָיו בְּמְנַחָה, placabo faciem ejus munere, Genes. XXXII. 20. constr. וּבְמְנַחַת הָעֶרֶב, et in munere, vel oblatione vespertina, Esr. IX. 5. id est, tempore oblationis vesp. aff. אֶל-מְנַחָתוֹ, ad munus vel oblationem ejus, Gen. IV. 4. plural. cum aff. וְזָכוֹר כָּל-מְנַחֹתֶיךָ, memor sit omnium oblationum tuarum, Psal. XX. 4. Rabbini in plurali absoluto dicunt מְנַחֹת. Vide infra נחה, Chald. וּמְנַחָה, et munus, Dan. II. 46. affix. וּמְנַחֲתָהוּן, et munus vel oblationem eorum, Esr. VII. 17.

מִנְךָ, Chald. torques: וְהַמְּנִיכָא דִּי דְהָבָא, et torques aureus erit in collo ipsius, Dan. V. 7. ubi Masorethæ tradunt legendum הַמְּנִיכָא quomodo et aliàs in Targum occurrit. מְנִים מִנֵּן, m. p. fides, chordæ; species instrumenti musici fuit, Ps. CL. 4.

מָנַע *inhibuit, cohibuit, prohibuit:* frequenter cum præp. מִן construitur: præter. מָנַע מִמֶּךָ, prohibuit à te, Gen. XXX. 2. partic. מָנַע, *cohibens (gladium suum) מִדָּם, à sanguine,* Jerem. XLVIII. 10. Niph. præterit.

מָנַע מִבֵּית, *cohibetur à domo (Dei vestri),* Joël. I. 13. futur. תִּמְנַע, *cohibeas te,* Numer. XXII. 16. וַיִּמְנְעוּ, et cohibiti fuerunt, Jer. III. 3.

מָנוֹר מִנֵּר, m. jugum textorium: constructum, בְּמָנוֹר אֲרָגִים, sicut jugum textorum, 1 Sam. XVII. 7.

מֹסָה Hiph. הִמְסָה, liquefecit: dissolvit: præter. irregulare, הִמְסִיו, liquefecerunt, Jos. XIV. 8. formâ, Chaldaicâ, pro הִמְסוּ. futur. אִמְסָה, liquefacit ista, Psalm. VI. 7. et cum apocopa, וַתִּתְּמַס, dissolveres, Psalm. XXXIX. 12.

תִּתְּמַס, vide in מִסָּס.

מָסַךְ infudit, miscuit, Ies. XIX. 14. מִסְכָּתִי, miscui, Psalm. CII. 10. infin. לְמָסַךְ, ad miscendum, Ies. V. 22. convenit cum מוֹנָן.

מִסָּךְ, m. mixtio, Psal. LXXV. 9.

מִמְסָךְ, m. mistura, libamen mistum, Ies. LXV. 11. vinum mistum, Prov. XXIII. 30.

מִסָּס liqueferi, dissolvi, infinit. וְהָיָה כְּמִסָּס נְזִים, eritque (Assyrius) sicut dissolvitur (metu) signifer, Ies. X. 18. Niph. נִמְסָס vel נִמְסָס, Psal. XXII. 15. et Ez. XXI. 7. fut. anomalum, וַיִּמְאַס, et liquefit, Job. VII. 5. pro יִמְאַסוּ, et sic יִמְאַסוּ, liquefiant, Psalm. LVIII. 8. simile vide in בּוֹן, et infra צָלַל. Hiph. præterit. הִמְסִיו, liquefecerunt, dissolverunt Deut. I. 28.

מָסָס, m. dissolutus, Job. VI. 14. vel est nomen participiale, *liquescens.*

מָסָם, m. tributum, 1 Reg. V. 13. plural. מִסִּים, tributa, Exod. I. 11. et foemina מִסָּה unde constr. מִסָּת, Deut. XVI. 10. vel sufficientia, ex Chaldaica significatione: nam pro

Hebræo הַי vel הַי, in Targum frequenter ponitur מַסַּת: ut, מַסַּתִּי, sufficientiæ meæ, Prov. XXX. 8.

תִּמָּס, m. liquefactio: שִׁבְלֹל תִּמָּס, limax liquefactionis, id est, liquescens, Psal. LVIII. 8.

מָסַר tradidit, suppeditavit: inf. לְמָסַר-מַעַל, ad suppeditandum prævaricationem, Num. XXXI. 16. Niph. futur. וַיִּמָּסְרוּ, et traditi sunt, Num. XXXI. 5.

מָסַר, f. traditio, exhibitio, Ezech. XX. 37. sunt tamen ex Hebræis qui hoc ab אָסַר deducant, pro מֵאָסַר, vinculum. Vide אָסַר.

מָעַד vacillavit, nutavit, lapsus est: מְעַדֵּי קַרְסְלֵי, vacillant tali mei, 2 Sam. XXII. 37. particip. præsens, לְמוֹעַדֵי רֶגֶל, ad nutantes vel in mutationibus pedis, Job. XII. 5. futurum, לֹא אֶמְעַד, non vacillabo, Ps. XXVI. 1. תִּמְעַד אֲשַׁרְיוֹ, labascit ullus gressuum ejus, Psal. XXXVII. 31. Pyh. juxta quosdam, est particip. fœmin. וְרֶגֶל מוֹעֵדָת, et pes vacillare factus, luxatus, Proverb. XXV. 19. Hiph. imper. הִמְעַד, fac ut nutent, Psalm. LXIX. 24.

מַעֵי, m. d. viscera: construct. בְּמַעֵי הַדָּג, in visceribus piscis; Jon. II. 1. affix. מַעֵיו, viscera ejus, 2 Sam. XX. 10. מַעֵי, viscera mea, Jer. IV. 19. וּמַעֵיהֶם, viscera sua, Ezech. VII. 19. in quibus irregulariter est Tzere sub מ loco Scheva. Chald. מְעוּרָהי, venter ejus, Dan. II. 32. per metonymiam. In Targum מַעֵיו, unde מְעִירוֹן, viscera sua, Ez. VII. 19. מְעוּרָהי, viscera sua, 2 Sam. XX. 10.

מַעוֹת, fœm. scrupi, lapilli: affix.

בְּמַעוֹתָיו, sicut scrupi ejus, les. XLVIII. 19.

מַעֵט parvum, paucum, parum esse vel fieri, minui, diminui: infinit. לָפִי מַעֵט, secundum diminui, Levit. XXV. 16. id est, pro paucitate, infinitivus loco nominis. futur. וַיִּמְעַט, minor fuerit, Exod. XII. 4. וַיִּמְעָטוּ, diminuentur, Ies. XXI. 17. Pih. מַעֵט, minuire, diminuere: præterit. מַעֵטוּ, minuent, Eccles. XII. 3. Hiph. præter. וְהִמְעִיטָה, et diminuat, Lev. XXVI. 22. etc.

מַעֵט, m. paucitas, parum, paucum, minimum: paucus, parvus: אֲנָשִׁים מַעֵט, homines pauci, Nehem. II. 12. מַעֵט מַעֵט, paulatim, Exod. XXIII. 30. בְּמַעֵט, vel minimo, momento, propemodum, ferè, fermè, penè, Psalm. LXXXI. 15. plural. מַעֵטִים, pauci, Eccles. V. 1.

מָעַד compressit: part. præter. וַיִּמְעָד, et compressus, Levit. XXII. 24. fœmin. מְעֻבָּה, compressa, impressa, vel infixa in terram, 1 Sam. XXVI. 7. Pyh. præterit. נָשָׂם מְעֻבָּו, illic compressa fuerunt (ubera tua,) Ezech. XXIII. 3.

מַעַל prævaricatus est: constructur cum præpos. ב, et ferè semper habet adjunctum nomen conjugatum: præter. מַעַל-בִּי, prævaricatur contra me, Ezechiel. XVII. 20. מַעַל, prævaricatus est prævaricatione, Jos. XXII. 20. etc.

מַעַל, m. prævaricatio: aff. מַעַלְם, prævaricationem eorum, Ez. XXXIX. 26.

מַעִיל, m. pallium, Exod. XXVIII. 31. affix. מַעִילוֹ, pallii ejus, 1 Sam.

XV. 27. plural. מְעִילִים, *pallia*,
2 Sam. XIII. 18. aff. אֶת־מְעִילֵיהֶם,
pallia sua, Ezech. XXVI. 16.

לְמַעַן, *propter*, cum verbo
infinitivo: cum futuro, *propterea*, ut:
לְמַעַן הָבִיא, *propter adducere*, ut ad-
ducat, Gen. XVIII. 19. לְמַעַן תִּירָא,
ut timearis, reverenter colaris, Psalm.
CXXX. 4. לְמַעַן לְמוֹג לֵב, *propter*
diffluere cor, ut *diffluat animus*, Ez.
XXI. 15. pleonasmus: nam aliàs
simplici infinitivo præmittitur et
idem valet quod ל infinitivo præfix.
לְמַעַן אֲשֶׁר יֵצֵא, *propterea* quod
præcepturus est, Genes. XVIII. 19.
affix. לְמַעַנִי, *propter te*, לְמַעַנִי,
propter me, etc. Sunt qui ad עָנָה perti-
nere putant: notat enim responsio-
nem seu redditionem causæ, ut et de
עַן suprâ dictum est.

*מְעָרָה מַעַר, quod vide in עָרָה.

מָצָא *invenit, reperit, deprehen-*
dit, assecutus, consecutus est: et con-
structum cum ל, est *satis esse, suffi-*
cere; ut, וּמָצָא לָהֶם, *et satis sit eis*,
Num. XI. 22. vide et Jud. XXI. 14.
et 2 Sam. XVIII. 22. Niph. נִמְצָא,
inventus, repertus, deprehensus fuit.
Item *sufficere*, וּמָצָא לָנוּ, *sufficeret*
nobis, Jos. XVII. 16. et sic Zachar.
X. 10. Hiph. הִמְצִיא, *invenire fecit*,
effecit ut præstò esset, porrexit, tradi-
dit, exhibuit: præter. cum ו loco א,
הִמְצִיאתִי, *exhibui te*, 2 Sam. III. 8.

מִצָּד m. *arx, propugnaculum,*
munitio: plural. fœm. מִצָּדוֹת, *pro-*
propugnacula, Ies. XXXIII. 16.

מִצְוֹד m. idem: construct. מִצְוֹדִים,
munitioem malorum, Prov.
XII. 12. id est, contra mala, vel ar-
cem, in quâ se fortificet ad mala per-
petranda, juxta R. Levi: plural.

מִצְוֹדִים, *munitioes*, Eccles. IX. 14.
vide et in צוֹד, fœmin. מִצְוֹדָה, idem:
aff. וּמִצְוֹדָתָהּ, *et munitioem ejus*,
Ies. XXIX. 7. plural. בְּמִצְוֹדוֹת, *in mu-*
nitiones, Ezech. XIX. 9. vide et צוֹד
מִצְוֹדָה, f. idem, Job. XXXIX. 31.

אֶת מִצְדַּת צִיּוֹן, *arcem vel*
propugnaculum Tzionis, 2 Sam. V. 7.
aff. וּמִצְדַּתִּי, *et propugnaculum meum*,
2 Sam. XXII. 2. plural. מִצְוֹדוֹת,
munitioes, Psalm. XXXI. 3. vide et
צוֹד.

מָצָה *expressit, exsuxit*: præter.
מָצִית, *exsuxisti*, Ies. LI. 17. futur.
וּמָצָה מַל, *et expressit rorem*, Jud. VI.
38. per apocopam. Niph. præteritum,
וּנְמָצָה דָּמוֹ, *et exprimetur sanguis*
ejus, Lev. I. 15. futur. יִמָּצָה, *expi-*
metur, Levit. V. 9. יִמָּצוּ לָמוֹ, *expi-*
mentur eis, Psal. LXXIII. 10.

מִצָּח c. *frons*, Exod. XXVIII.
38. aff. בְּמִצָּחוֹ, *in fronte ejus*, 2 Par.
VI. 19. plural. constr. עַל מִצָּחוֹת, *su-*
per frontes virorum, Ezech. IX. 4.
מִצָּחָה, f. *frontale*: constr. וּמִצָּחָתָהּ,
et frontale æreum erat super
pedibus ejus, 1 Sam. XVII. 6.

מָצִץ *expressit*: futur. יִתְמָצֵץ,
exprimatis, Ies. LXVI. 11. convenit
cum מָצָה et cum מִיץ.

מִצָּה, f. *azymum, infermentatum*:
Num. VI. 19. plural. מִצָּוֹת, *infermen-*
tata, azymi, Exod. XII. 18.

*מִצְרִים מִצָּר, vide in צָרָר.

מִקָּל m. *baculus*, Jer. I. 11.
constr. in Pathach מִקָּל, Gen. XXX.
37. quasi à forma מִקָּל aff. מִקָּלוֹ,
baculum suum, 1 Sam. XVII. 40.
absque Dagesch: שְׁנֵי מִקָּלוֹת, *duos*
baculos, Zach. XI. 7.

מקב Niph. **קָמַק** *tabescere, contabescere, tabefieri*: præterit. **וַיִּמְקוּ**, et *contabescent*, Ies. XXXIV. 4. part. plur. **וַיִּמְקוּ**, *nos tabescimus*, Ezech. XXXIII. 10. futur. **וְלִשְׁנוֹ**, et *lingua cujusque tabefiet*, Zach. XIV. 12. Hiph. **הִמְקַבְּתָא**, *tabefaciendo carnem cujusque*, Zach. XIV. 12.

מַק, m. *tabes*, Ies. V. 24.

מַר *stilla, gutta*: **מְדָלִי**, *sicut gutta è situla*, Ies. XL. 15.

מָרָא Hiph. **הִמְרִיא**, *extulit se*: futurum, **תִּמְרִיא**, *extollit se*, Job. XXXIX. 18. Chaldæus, *volat*.

מָרִיא, m. *saginaturn, pingue, quasi elevatum dicas*, 2 Sam. VI. 13. plur. **וְהֵלֵב מְרִיאִים**, et *adipem pinguium*, Ies. I. 11. aff. **מְרִיאֵיכֶם**, *pinguium vestrorum*, Amos V. 22.

מָרָא m. Chaldæum, *Dominus*: **וּמְרָא מְלִכָּן**, et *Dominus regum*, Dan. II. 47. in Targum plerunque pro Hebræo **מָר** dicitur **מָר** absque א in fine: cum aff. **מָרְאִי**, *Domine mi*, Dan. IV. 16. cum א redundante juxta Masorethas.

מָרָג m. *tribula, antiqua scilicet trahæ vel vehiculi quædam species, quæ olim frumenta excutiebantur, unde et illud Virgiliti, "tribulaque trahæque et iniquo pondere rostri": videatur Varro I. de re Rust. cap. 52. למורג, in tribulam, Iesaias XLI. 15. plural. וְהִמְרָגִים, et tribulæ, 2 Sam. XXIV. 22. vide חָרַץ in חָרַץ.*

מָרַד *rebellavit*: construitur cum præpos. **בִּי** et **עָלַי**: præter. **מָרַדְתָּ בִּי**, *rebellasti contra me*, 2 Reg. XVIII. 20. partic. plur. constr. **בְּמָרְדֵי-אֹר**, *inter rebellantes lucis, id est, adver-*

sus lucem, Job. XXIV. 13. futur. וַיִּמְרַד עַל-אֲדֹנָיו, et rebellavit contra dominum suum, 2 Par. XIII. 6.

מָרַד, m. *rebellio*, Jos. XXII. 22. Chald. **וּמְרַד**, et *rebellio*, Esr. IV. 19. et *adjectivum fœmin. קְרִיבָתָא, *urbem rebellem*, Esr. IV. 12.*

מְרַדוּת, fœm. *rebellio, contumacia*, 1 Sam. XX. 30.

מָרַד, masc. vide in **רוּד**: plural. **מְרַדִּים**, *exules, ejecti ut rebelles*, Ies. LVIII. 7. juxta Ab. Esram, *afflicti*, et **מ** est radicale: Chaldæus, *vagi, exulantes*. R. Salomon deducit à **רוּד**, vide illic.

מָרָה *rebellis fuit, rebellavit*: construitur cum præposit. **בִּי** et cum accusativo: quandoque significacionem à **מִיר** et **מָרַר** mutuatur: præteritum, **מָרָה אֶת-פִּי יְהוָה**, *rebellavit contra os Domini*, 1 Reg. XIII. 26. **מָרוּ בָךְ**, *rebellant in vel contra te*, Ps. V. 11. part. **בֶּן סוּרָר וּמוֹרָה**, *filius contumax et rebellis*, Deuter. XXI. 18. **מָרָה מְאֹד**, *rebellis valdè*, juxta R. Levi, 2 Reg. XIV. 26. alii, *variâ, mutabilem valdè*, quæ significatio à **מִוּר** petita: alii, *amaram*, quod est à **מָרַר**. Hiph. **הִמְרָה**, *exacerbavit: rebellavit: mutavit*. præter. **וְהִמְרוּ אֶת-רוּחוֹ**, *exacerbarunt spiritum ejus*, Psalm. CVI. 33. particip. **מְמָרִים**, *rebelles fuistis*, Deut. IX. 7. infin. **לְמָרוֹת**, *ad exacerbandam*, Ies. III. 8. futur. **וַיִּמְרָה אֶת-פִּיךָ**, *rebellaverit contra os tuum*, Jos. I. 18. et cum apocopa, **וַתִּמְרַר**, et *mutavit*, Ez. V. 6. **וַיִּמְרוּ**, et *exacerbarunt*, Psalm. LXXVIII. 56.

מִוֹרָה, m. *novacula, sic dicta, quòd radens caput vel faciem mutet*, Jud.

XVI. 17. vide aliam significacionem in יָרָא: construct. מָרַת, vide in מָרַר.

מָרִי, m. *rebellio*, Proverb. XVII.

11. aff. מְרִיָּהּ, *rebellionem tuam*, Deut.

XXXI. 27. בְּמִרְיֹס, *rebellione sua*, Nehem. IX. 17.

מְרִיתִים, f. d. *rebelliones*, juxta Chaldaëum et Hebræos communiter, Jerem. L. 21. quibusdam est nomen proprium loci.

מָרָה *contrivit, contudit*: futurum, וַיִּמְרְחוּ עָלֵיהֶם שָׁחִין, *et contundant super ulcus*, id est, contusum applicent, appingant, tanquam emplastrum, (verbum est chirurgicum), Ies. XXXVIII. 21.

מָרוֹחַ, m. *attritus*: מָרוֹחַ אֲשֶׁף, *attritus teste*, qui Thlibias dicitur ἀπὸ τοῦ ἄλλοβειν ab atterendo, Lev. XXI. 20.

מָרַט *evulsit pilos, depilavit, glabravit*: particip. לְמָרְטִים, *depilantibus*, Ies. L. 6. hinc metaphoricè, *expolire, extergere*: particip. מְרוֹטָהּ, *extersus*, Ezech. XXI. 9. et in priorè significacione, וְכָל־פֶּתַח מְרוֹטָהּ, *et omnis humerus depilatus est*, id est, nudatus, Ezech. XXIX. 18. infinit. לְמָרְטָהּ, *ad extergendum*, Ez. XXI.

11. fut. וַאֲמָרְטָהּ, *et evulsi pilos capitis mei*, Esr. IX. 3. וַאֲמָרְטִים, *et glabravi eos*, Neh. XIII. 25. Niph. futurum, יִמְרַט, *glabrum fiet*, Levit.

XIII. 40. Pyh. præter. מְרֹטָהּ, *extersus est*, Ezech. XXI. 10. particip. præsens, וּמְרֹטָהּ, *et depilatam*, Ies. XVIII. 2. particip. præter. נְחָשֶׁת.

מְמוֹרָט, *ex ære exterso*, 1 Reg. VII. 45. Chald. ex Pehil. præter. passivum, מְרִיטָהּ, *evulsæ, depilatæ*, Dan. VII.

4.

מָרַץ Niph. נִמְרָץ, *roborari, acre,*

vehemens esse: præter. מָה־נִּמְרָצוּ, *quàm acres sunt (sermones tui)*, Job. VI. 25. part. præsens perditione נִמְרָץ, *acri, vehementi*, Mich. II. 10. fœm. קָלְלָהּ נִמְרָצָת, *maledictione acerrima*, 1 Reg. II. 8. Hiph. futur. יִמְרִיצָהּ, *robustum vel acrem reddet te*, Job. XVI. 3.

מָרַק *tersit, expolivit*: particip. præter. נִחַשְׁת מְרוֹק, *ex ære terso*, 2 Par. IV. 16. imper. מְרָקוּ, *tergite*, Jer. XLVI. 4. Pyh. præterit. וּמְרָק, *et extergetur seu defricabitur*, Levit. VI. 21.

מָרַק, m. *jus*, sic dictum, quòd in eo defæcetur et defricetur caro, Jud. VI. 20. ubi scribitur cum Pathach, præter normam: vide Kimchium. construct. וּמְרָק, *et jus*, Ies. LXV.

4. quomodo Masorethæ illic legendum docent, pro eo quod in textu scribitur, וּפְרָק, de quo vide in פָּרַק.

מְרוֹקִים, m. p. *mundationes*: aff. יְמֵי מְרוֹקֵיהֶן, *dies mundationum ipsarum*, Esth. II. 12.

תְּמָרוֹק, masc. *mundatio, strigilis*, quasi abstersionem vel abstersorium dicas, Prov. XX. 30. plural. constr. וּבְתִמְרוֹקֵי, *et mundationes*, Esth. II. 12. affix. תְּמָרוֹקֵיהָ, *munditias seu mundum ejus*, Esth. II. 9.

מָרַר *amarum esse*: præter. juxta quosdam, מָר לִי, *amarum est mihi*, Ruth I. 13. quod et nomen esse possit: בִּי מָרָה נִפְּשׁ, *nam amarus erat animus (totius populi)*, 1 Sam. XXX. 6. Niph. præter. נִמְרַר, vide in מִיר: futur. יִמְרַר, *amarescet*, Ies. XXIV.

9. pro יִמְרַר. Pih. futur. יִמְרַר בְּבִכְי, *amaricabo, amaram reddam vel edam scil. vocem in fletu*, Iesaias XXII. 4.

וַיִּמְרֹדוּ, *et amaram effecerunt (vitam eorum)*, Exod. I. 14. וַיִּמְרֹדוּ, *amaritudine affecerunt eum*, Gen. XLIX. 23. Hiph. הִמְרָה, *amarum, amaritudine affecit, exacerbavit*. præt. הִמְרָה, *amaritudine affecit animam meam*, Job. XXVII. 2. infinit. הִמְרָה, *amaricare, amarè agere, amarè flere*, Zach. XII. 10. futur. תִּמְרָה, *amarices, amaritudine afficias, exacerbabis*, Exod. XXIII. 21. pro תִּמְרָה. Hithp. futurum ex geminata prima radicali, וַיִּתְמַרְמַר, *et exacerbavit se*, Daniel. VIII. 7.

מָר, m. *amarus*: item *amaritudo, amarum*: מָר לִי מָר, *amara mihi amaritudo*, Ies. XXXVIII. 17. מָר הַמָּוֶת, *amaritudo mortis*, 1 Sam. XV. 32. plur. מָרִים, *amaræ*, Exod. XV. 23. construct. מָרִי נֶפֶשׁ, *amari animo*, Jud. XVIII. 25. foemin. מָרָה, *amara*, Job. XXI. 25. et cum אַ loco מָרָה, *amara*, Ruth. I. 20. cui simile vide in זָגָר. et substantivè *amaritudo*, 2 Sam. II. 26. construct. מָרַת נֶפֶשׁ, *amara animo*, 1 Sam. I. 10. cum Cholem ab initio, מְרַת רוּחַ, *amaritudo spiritus*, Genes. XXVI. 35. et Cholem correpto, et רַ juxta Masorethas Dagessato, מְרַת נֶפֶשׁוֹ, *amaritudinem animæ suæ*, Prov. XIV. 10. ubi רַ cum Dagesch. Est et מָרָה, *Mara*, proprium nomen loci, ab amaris aquis sic dicti, Exod. XV. 23. מְרַתָּה, *Maram usque*, ibid.

מָמָר, m. *amaritudo*, Prov. XVII. 25.

מְרִירוֹת, foem. idem, Ezech. XXI. 11.

מְרָרָה, foem. *fel*, ab amaritudine: construct. מְרַרְת פְּתָנִים, *fel aspi-*

dum, Job. XX. 14. aff. מְרַרְתוֹ, *et felle ejus*, Job. XX. 25.

מְרָרָה, f. idem: aff. מְרַרְתִּי, *fel meum*, Job. XVI. 13.

מְרִירִי, m. *amarus*, Deut. XXXII. 24. hinc plural. construct. juxta quosdam, בְּמְרִירֵי יוֹם, *sicut amaritudines diei*, Job. III. 5. sed vide id in בְּמָר.

מְרִירִים, m. p. *amaritudines, res amaræ, amara*, Exod. XII. 8. foem. מְרִירוֹת, idem, Deut. XXXII. 32.

מְמָרִים, m. p. idem, Job. IX. 18.

תְּמָרִימוֹת, m. p. *amaritudines*, Jer. XXXI. 15. quod vide etiam in תְּמָר.

מָשָׁה *extraxit*: præt. מָשִׂיתָהוּ, *extraxi eum*, Exod. II. 10. Hiph. futur. יִמְשֵׁנִי, *extrahet me*, 2 Sam. XXII. 17.

מָשִׂי, masc. *sericum*, Ezech. XVI. 10, 13.

מָשַׁח *unxit*: מָשַׁח אֶתוֹ, *unxit eum*, Num. XXXV. 25. Niph. præt. בִּי־נִמְשַׁח, *quòd unctus esset*, 1 Paral. XIV. 8. infinit. בְּיוֹם הַמָּשַׁח אֶתוֹ, *in die ungi illud*, id est, quo unctum fuit, Num. VII. 10.

מָשִׁיחַ, masc. *unctus*, 2 Sam. I. 21. *Messias, Christus*, sic dictus, quod is verè esset ille, quem uncti reges et sacerdotes in V. T. repræsentarent, Dan. IX. 25, 26. construct. מָשִׁיחַ יְהוָה, *unctus Domini*, 1 Sam. XXIV. 7. aff. מְשִׁיחוֹ, *uncti sui*, 1 Sam. II. 33. plur. בְּמְשִׁיחֵי, *unctos meos*, Ps. CV. 15.

מְשֻׁחַת, m. *pictum*, quasi inunctum dicas, Jer. XXII. 14.

מִמְשָׁח, m. *unctio*, vel metonymicè *unctus*, Ezech. XXVIII. 14.

מְשָׁחָה, f. *unctio*, Exod. XXXI. 11. constr. מְשַׁחַת קֹדֶשׁ, *unctionis sacræ*, Exod. XXX. 25.

מְשָׁחָה, f. idem: aff. מְשַׁחָתוֹם, *unctio eorum*, Exod. XL. 15.

מִשֵּׁחַ, Chald. *oleum*, ab unguendo quasi unguentum dictum, Esr. VI. 9.

מִשָּׂךְ *traxit, extraxit, protraxit, protendit*: construitur cum accus. et præpos. על, ב, et ל. præter. מִשָּׂךְ

מִבְּקֶשֶׁת, *traxit arcu*, id est, jaculatus est, 1 Reg. XXII. 34. imper. מִשׁוֹךְ

מִדְּעֵיךָ, *protende benignitatem tuam erga cognoscentes te*, Psalm. XXXVI. 11. Niph. fut. לֹא תִּמְשָׁךְ, *non protrahetur*, Ezech. XII. 28. Pyh. partic. עַם מִמְּשָׁךְ, *populus distractus*,

Ies. XVIII. 7. foem. תַּחֲלַת מִמְּשָׁכָה, *spes protracta*, Prov. XIII. 12.

מִשָּׂךְ, m. *tractus, tractio seu acquisitio*, Psal. CXXVI. 6. Job. XXVIII. 18. et adverbialiter, juxta quosdam, *protractè*, hoc est, protracto tempore, diu, Psal. CXX. 5. aliàs est nomen proprium filii Japheth, Gen. X. 2.

מִשָּׁל *dominatus est, dominium habuit vel exercuit*, et sic construitur cum, על et ב: item, *parabolicè locutus est, parabolis, proverbii usus est*: præter. וּמִשָּׁלָתָּ בְּגוֹיִם רַבִּים, *et dominaberis gentibus multis*, Deut. XV. 6. part. הַמִּשָּׁל, *quisquis utitur parabola*, fut. וּמִשָּׁל, *parabolâ utetur*, Ez. XVI. 44. Niph. גִּמְשָׁל, *comparatus, similis, consimilis factus est*. præter. גִּמְשָׁל, *similis filii*, Psalm. XLIX. 13. גִּמְשָׁלָתָּ, *similis factus es*, Ies. XIV. 10. וּגִמְשָׁלָתִי, *et consimilis fiam*, Psal. XXVIII. 1. Pih. particip. מְמַשָּׁל, *parabolarum artifex, quasi dicas proverbicator*, Ezech. XX. 49. Hiph.

הַמְשִׁיל, *dominari vel dominatorem fecit: comparavit, assimilavit*: præter. הַמְשִׁילִם, *dominatores eos faciet*, Dan. XI. 39. infinit. loco nominis, הַמְשִׁיל וּפְחָד, *dominari et formido*, hoc est, *dominatus formidabilis*. fut. תִּמְשִׁילֶהוּ, *dominatorem constituisti eum*, Psal. VIII. 7. תִּמְשִׁילֵנִי, *comparabitis me*, Ies. XLVI. 5. Hithp. fut. אֶתְמַשֵּׁל, *comparabo me*, Job. XXX. 19.

מְשָׁל, m. *similitudo, parabola, proverbium, sententia*, scitè graviterque dicta et paucis concinnata: constr. מִשָּׁל הַקְּדָמִי, *proverbium antiqui, pro antiquorum*, 1 Sam. XXIV. 14. aff. מְשָׁלוֹ, *sententiam suam*, Num. XXIII. 18. plur. מְשָׁלִים, *parabolas, sententias*, Eccles. XII. 9. construct. מְשָׁלֵי שְׁלוֹמֹה, *proverbia Salomonis*, Prov. I. 1. *similitudines*, Job. XIII. 12.

מְמַשָּׁל, m. *dominatio*, Dan. XI. 3. plur. מְמַשָּׁלִים, *dominationes, dominatores, præsides*, 1 Par. XXVI. 6.

מְמַשָּׁלָה, f. *dominium, dominatus, dominatio, præfectura, ditio*, Mich. IV. 8. const. לְמַמְשָׁלַת הַיּוֹם, *ad præfecturam vel dominium diei*, Gen. I. 16. aff. מְמַשָּׁלָתוֹ, *dominatus sui*, 1 Reg. IX. 19. plural. construct. לְמַמְשָׁלוֹת בְּלַיְלָה, *ad dominia noctis*, Psalm. CXXXVI. 9. Et cum Pathach ab initio, מִמְּשָׁלוֹתָיו, *dominiorum illius*, Psal. CXIV. 2.

מְשָׁק מִשָּׁק, m. *derelictio, locus derelictus, qui coli intermissus est et sterilis evasis*. constructum, מְשָׁק מְשָׁק, *locus derelictus urticae*, Soph. II. 9. sic Targum מְשָׁמַט, quod idem.

מְשָׁק, vide in שָׁמַק.
מְשִׁשׁ *palpavit, contrectavit*:

futurum, וַאֲמַשָּׂה, Gen. XXVII. 21. vide supra in מְדַשׁ וְיִמְשְׁנִי, palpabit me, ver. 12. Pih. præt. מְשַׁשֵּׁת, contrectasti, Genes. XXXI. 37. particip. מְמַשֵּׁשׁ, palpans, Deuter. XXVIII. 29. etc. Hiph. fut. וְיִמְשֵׁשׁ, et palpet, Exod. X. 21.

מִתְּנָה m. frænum, Prov. XXVI. 3. aff. וּמִתְּנִי, et frænum meum, Ies. XXXVII. 29.

מְתִים מַתָּה, m. p. homines, nomen generale, scribit Kimchi, in com. complectens viros, mulieres et parvulos: בְּלִיעֵיר מְתִים, omnem civitatem hominum, Deuter. III. 6. construct. עִם־מְתֵי־שׂוֹן, cum hominibus mendacibus, Psalm. XXVI. 4. affix. מְתָיו, hominum ejus, Deuter. XXXIII. 6.

מְתָם, m. homo, מְעִיר מְתָם, a civitate hominis, Jud. XX. 48. pro ab hominibus civitatis, per hypallagen.

מִתְּחָה extendit: fut. וַיִּמְתְּחֵם, et extendit eos, Ies. XL. 22. sic Chaldaicè, מְתִיחַ דִּינָה, extendens judicium, 1 Sam. II. 3.

אֲמַתְתָּה, f. saccus, Gen. XLIV. 2. sic dictus, quòd implendo extendatur: aff. אֲמַתְתָּהוּ, sacci sui, Gen. XLII. 27. plural. constr. אֲמַתְתָּוֹת, saccos virorum, Genes. XLIV. 1. aff. אֲמַתְתָּוֵינוּ, saccorum nostrorum, Gen. XLIV. 8.

אֲחֵרֵי מְתֵי עַד מְתֵי, quando?

post quando adhuc, id est, post quantum adhuc temporis? Jerem. XIII. 27. עַד מְתֵי, quousque, usquequo? Psalm. LXXX. 5. לְמָתֵי, ad quando, ecquando, Exod. VIII. 9.

מְתָנִים מַתָּן, m. d. lumbi, Deut. XXXIII. 11. construct. מְתָנֵי־אִישׁ, lumbis viri, Jerem. XIII. 11. affix. אֲזוֹר מְתָנָיו, cingulum lumborum ejus, Ies. XI. 5.

מְתָקָה dulce, suave esse, dulcescere: contrarium ipsi מְרַר, præteritum, מְתָקוּ דְמָה, suavis est ipsi vermis, Job. XXIV. 20. nempe à vermis depasci. Nomen fœmininum verbo masculino adjungitur, quia de tota specie seu utroque sexu intelligitur. מְתָקְרוּ־לֹי, dulcescunt ipsi, Job. XXI. 33. particip. vel nomen potius, וּמְתָקִים מְדַבֵּשׁ, et dulciora melle, Psal. XIX. 11. fœm. וּמְתָקָה שְׁנַת, dulcis somnus operantis, Eccles. V. 11. futurum, וּמְתָקִים וּמְתָקִים, aquæ furtivæ suaves sunt, Prov. IX. 17. Hiph. futurum, תִּמְתָּקֵךָ בְּפִיו, dulce fuit in ore ipsius, Job. XX. 12. בְּמַתְּנֵיךָ סוֹד, dulce reddemus consilium, Psal. LV. 15.

מְתָקָה, m. dulcis, dulce, Jud. XIV. 14.

מְתָקָה, m. dulcedo: aff. מְתָקֵי, dulcedinem meam, Jud. IX. 11.

מְתָקָה, m. idem, Prov. XVI. 21.

מְמַתְּקִים, m. p. dulcedines, Cant. V. 16.

נ

נָא quæsò, obsecrò: nunc: omne נָא in Bibliis idem est quod עָתָה

scribit Ab. Ezra, Genes. XII. 11. et Num. X. 31. et Arabicè inverso mo-

do dici אן. Chaldæus vertit כַּעַן vel כְּרוּן, *nunc*, non tempus sed affectum animi connotans. R. Salomon tamen scribit, interdum esse בקשה לשון בקשה, *obsecrantis*, quomodo per apharesin volunt esse ab אנה, quod sequitur. Semel est *crudum*, non satis coctum, Exod. XII. 9.

אנה, *quæsdò, obsecrò*: idem, sexies sic scriptum reperiri, Masorethæ notant, Psalm. CXVI. 4. אנה, idem, Psalm. CXVIII. 25. Chaldæus hæc reddit בְּבַעַי, *obsecrò*. Vide amplius in אן.

נאד m. *uter, pellis consuta, quâ liquida deferuntur*: וְנֹאֵד יַיִן et *utrem vini*, 1 Sam. XVI. 20. et cum וְאֶת־נֹאֵד הַחֶלֶב וְיֹאֵד, *et utrem lactis*, Jud. IV. 19. unde quidam ad נָד referunt, et א loco ו accipiunt: aff. בְּנֹאֵדָה, *in utre tuo*, Psal. LVI. 9. plur. נֹאֵדוֹת הַיַּיִן, *utres vini*, Jos. IX. 13.

נאה *pulchrum, decorum, amœnum esse, convenire, conveniens, decens esse*, apud Rabbinos in usu frequenti. præterit. נִאָה, *decora est*, Psalm. XCIII. 5. נִאָוּ, *decoræ sunt*, Cant. I. 10. partic. לֹא נִאָה, *non est conveniens*, Prov. XIX. 10. fœmin. נִאָה, *deceat*, Prov. XVII. 7. per commutationem tertiæ radicalis ה in ו, quod et in aliis fit.

נִיָּה, m. *amœnus, pulcher*: שְׁתוּלָה נִיָּה, *plantata in amœno loco*, Hos. IX. 13. fœm. הַנִּיָּה וְהַמְעֻנָּה, *speciosa et delicata*, Jer. VI. 2. cum ו loco א. Apud Rabbinos נִיָּה, *oratio elegans*, אִשָּׁה נִיָּה, *mulier pulchra*. נִיָּו, *pulchritudo*. possunt et ad Niphal radicis איה referri, ut pulchra sic dicantur, quia desiderabilia.

נִיָּה, f. p. vide infra in ניה.

נאם *dicxit*: futur. וַיִּנְאֹמוּ, *et dicunt*, Jerem. XXIII. 31. et nomen participiale construct. נֹאֵם, *dictum*, ibid. quod tritum et commune fuit in prophetarum exordiis vocabulum. Per præsens indicativi, *dicxit, ait*, vulgò redditur, ut et Targum per אָמַר, *dicxit*. Hinc quidam Hebræorum deducunt illud plural. לְנִינְאָמִים, *eloquentibus, facundis*, Job. XII. 20. vide אמן.

נאף *adulteravit vel adulteratus est*: *adulterium commisit, mæchatus fuit*. particip. נֹאֵף אִשָּׁה, *adulterans mulierem*, Prov. VI. 32. *adulter*, Job. XXIV. 15. fœm. הַנִּזְנֶפֶת, *ipsa adultera*, Levit. XX. 10. plural. נִזְנֶפֶת, *adulterarum*, Ezech. XVI. 38. inf. נֹאֵף, *adulterando*, Jer. VII. 8. futur. לֹא תִנְאָף, *non adulterabis, vel adulterium commites*, Exod. XX. 14. id est, ne scortator, ut Aben Esra prolixè hoc loco explicat. R. Salomon Jarchi notat dici tantùm de nupta, sed refutatur ab Aben Esra. Pih. præterit. נִיָּפוּ, *adulterantur*, Ezech. XXIII. 37. part. vel nomen participiale מִנְאָף, *adulter*, Ies. LVII. 3. plur. מִנְאָפִים, *adulteri*, Ies. XXIII. 10. fœmin. מִנְאָפֶת, *adultera*, Prov. XXX. 20. futur. וַיִּנְאָפוּ, *et adulterati sunt*, Jer. XXIX. 23.

נאפיים, m. p. *adulteria*, Ezech. XXIII. 43. aff. נִיָּפִיךָ, *adulteria tua*, Jer. XIII. 27.

נאפויים, m. p. idem, Hos. II. 4. ex geminata tertia radicali, ut נַעַץ נַעַץ.

נאץ *sprevit, contempsit*, Prov. V. 12. futur. וַיִּנְאֹץ, *spernet*, Proverb. XV. 5. Pih. נִיָּאץ, *contempsit, contem-*

tim irritavit, provocavit : infin. **נִצֵּץ**,
irritando, pro **נִצְּצֵן**, 2 Sam. XII. 14.
Hithp. particip. **נִצְּצָן**, irritatur, Ies.
LII. 5. pro **נִצְּצָן**, estque ex par-
ticipio Puhal et Hithpabel compositum.

נִצְּצָה, **נִצְּצָה**, **נִצְּצָה**, fœm. irritatio
contumeliosa, contumelia : **נִצְּצָה**, et
contumelia, 2 Reg. XIX. 3. plural.
נִצְּצוֹת, contumeliæ, Neh. IX. 18. aff.
נִצְּצוֹתֶיךָ, irritationes tuas, Ezech.
XXXV. 12. ex forma **נִצְּצָה**.

נִצְּקַךְ gemuit : præterit. **נִצְּקַךְ**
נִצְּקוֹת, et gemat, gemitibus confessorum,
Ezech. XXX. 24. futur. **נִצְּקוּ**,
gement, vocem gembundam edent, Job.
XXIV. 12.

נִצְּקַךְ, fœm. gemitus : construct.
נִצְּקַת, gemitum (filiorum Israël),
Exod. VI. 5. plural. constr. **נִצְּקוֹת**,
gemitu (confossi), Ezech. XXX. 24.

נִאֵר Pih. detestatus est, Thren.
II. 7. **נִאֵרְתָה**, detestatus es, Psalm.
LXXXIX. 40. **נִאֵרִים**, vide in **אֵרַר**.

נִבֵּא Niph. prophetavit, prophe-
tam egit, vaticinatus est : construitur
cum præposit. ל, אַל et עַל : præter.
נִבֵּית, prophetasti, Jerem. XXVI. 9.
cum י loco א, etc. Hithp. præterit.
נִבְּרְנֵבִית, ut prophetes, 1 Sam. X.
6. in medio cum Chirek, ad formam
verborum in ה desinentium. Et cum
syncopâ literæ ת, **נִבְּרְנֵבִית**, et pro-
phetabo, Ezech. XXXVII. 10. infin.
נִבְּרְנֵבוֹת, a prophetando, 1 Sam. X.
13. ad formam verborum in ה desi-
nentium. Chald. præter. **נִבְּרְנֵבִי**,
prophetavit, Esr. V. 1.

נִבְיָא, m. propheta : affix. **נִבְיָא**,
propheta tuus, Exod. VII. 1. R. Sa-

lomon hoc loco deducit à **נִבַּב**, *eloqui*,
quasi **נְבִיא**, sit orator, præco eloquens,
concionem habens ad populum, qui
Gallicè dicitur *predicateur, prædica-*
tor vulgò. Sed rectè ab Ab. Esra
refutatur, qui scribit א esse radicale,
et **נְבִיא** propriè dici eum, cui Deus
arcana revelat. plural. **נְבִיאִים**, pro-
phetæ, Jerem. XXIII. 25. construct.
נְבִיאָי, Jer. XXIII. 15. aff. **נְבִיאָיו**,
prophetarum ejus, 1 Reg. XXII. 22.
fœm. **נְבִיאָה**, prophetissa, Exod. XV.
20. Chald. **נְבִיאָה**, propheta, Esr. V.
1. et VI. 14. plur. **נְבִיאָיהַּ**, prophetæ,
Esr. V. 2. in Targum absque ה scri-
bitur.

נְבִיאָה, f. propheta, Nehem. VI.
12. constructum, **נְבִיאָת**, 2 Par. IX.
29. Chald. **בְּנְבִיאָת**, in propheta,
Esr. VI. 14.

* **נְבִיב** unde **נְבִיב** juxta quosdam
quod vide in **נְבִיב**.

* **נְבִיבָה**, Chald. vide in **בוֹה**.

נִבַּח latravit : infin. **לֹא יוּבַלְוּ**,
לֹא יוּבַלְוּ, non possunt latrare, Ies. LVI.
10.

נִבְט intuitus est : præter. **נִבְט**,
et intuebitur, Ies. V. 30. quod aliis ex
Pihel, aliis ex Niphal est. Hiph.
נִבְטִים, idem : præter. **הַבְּטִים**,
הַבְּטִים, idem : præter. **הַבְּטִים**,
à cælis intuetur, Ps. XXXIII. 13.
נִבְטִים, m. expectatio, quasi aspectum
vel respectum dicas : aff. **נִבְטִים**,
expectatione sua, Ies. XX. 5. **נִבְטִינוּ**,
expectatio nostra, ver. 6. et cum Sæ-
gol ab initio, **נִבְטִיהָ**, expectatio sua,
Zach. IX. 5.

נָבַל cecidit, concidit, decidit, et
de emarcidis ac flaccidis propriè di-
citur : unde et emarcescere, flaccescere,
item stultescere, stultè agere,
præt. **נָבַל**, decidit flos, Ies. XL.

8. אִם-נִבַּלְתָּ *si cecidisti*, Proverb. XXX. 32. juxta R. Levi: at Ab. Esra, *si stultè egisti*, deducta significatione ex nomine נִבַּל. Pih. יִנְבֵּל *vilipendit, turpitudine affecit*: præter. וְנִבַּלְתִּיךָ, et *turpitudine afficiam te*, Nah. III. 6. part. מִנְבֵּל, *turpitudine afficit*, Mich. VII. 6. futur. וַיִּנְבֵּל, et *vilipendit*, Deut. XXXII. 15. וְנִבַּלְתָּ, *vilipendito*, Jerem. XIV. 21. Hiph. futurum irregulare וְנִבַּלְתָּ, et *decidimus* vel *diffluimus*, Ies. LXIV. 6. pro וַנְבִּיל, cui simile vide infra in נוד.

נִבַּל, m. *stultus, flagitiosus*, cui ratio et mens concidit, ut stultè vel turpiter agat: plur. הַנְּבָלִים, *stulti*, 2 Samuel. XIII. 13. femin. אֲחֵת, *una stullarum*, Job. II. 10.

נִבְּוָה, f. *stultitia, flagitium, fœditas*, Gen. XXXIV. 7.

נִבְּלוּת, f. idem: נִבְּלוּתָהּ, *fœditatem* vel *stultitiam ejus*, Hos. II. 10.

נִבְּוָה, f. *cadaver*, quasi *caducum* aut *deciduum* dicas, et dicitur tam de hominis quàm bestiae cadavere, Lev. XXII. 8. constr. נִבְּלוּת, 1 Reg. XIII. 29. aff. נִבְּלוּתוֹ, *cadaver ejus*, Deuter. XXI. 23. נִבְּלוּתוֹ, *cadaver meum*, Ies. XXVI. 19.

נִבְּוָה, m. *uter, lagena*, Jer. XIII. 12.

נִבְּוָה, m. idem, Ies. XXX. 14. item *nablium*, instrumentum musicum, Judæi Germani *panduram* interpretantur. Vide Ab. Esram, Ies. V. 12. et Psalm. CV. 3. plural. נִבְּוָהִים, *nabliis*, 1 Par. XV. 16. constr. וְנִבְּוָהֵי, *utres cæli*, hoc est, nubes velut in utres digestæ, Job. XXXVIII. 37. לְנִבְּוָהֵי, *pro utribus*, Thren. IV. 2.

אִם-נִבְּוָהֵם, et *utres eorum*, Jerem. XLVIII. 12.

מַבּוּל, m. *diluvium*, sic dictum, quòd omnia fecerit concidere, Genes. IX. 11.

בּוּל, m. *Bul*, mensis octavi nomen, qui Octobri nostro respondet, sic dictus, quod tunc terræ nascentia tanquam emarcida concidant, 1 Reg. VI. 38. Kimchi scribit, Jer. III. 3. ברוב הזמנים רוב המטר יורד במרחשון לפיכך נקרא ירח בול *ut plurimum multa pluvia decedit in Octobri, idcirco vocatur mensis Bul ex significatione Mabbul*. Aliam significationem vide in יבל.

נִבְּוָה, *scaturivit, eructavit*, ac de fontibus propriè dicitur, aquam eructantibus. particip. נִבְּוָה, *torrens eructans*, Proverb. XVIII. 4. Hiph. fut. אֲבִיעָה, *eruclabo*, hoc est, more scaturiginis proferam vel effundam, Prov. I. 23. et sic ferè semper hîc sumitur.

מִבּוּעַ, masc. *scatebra, scaturigo*, Eccles. XII. 6. plural. constr. מִבּוּעֵי, *scaturigines aquarum*, Ies. XLIX. 10.

נִבְּוָה, f. Chald. *lychnuchus, lucerna*: emphaticè נִבְּוָה, Dan. V. 5. sic pro Hebræo בְּנִירוֹת, in Targum dicitur, בְּנִירוֹתָא, *lucernis*, Soph. I. 12. Rabbinî dicunt נִבְּוָה, R. Saadias scribit: נִבְּוָה, dicitur, quasi נִבְּוָה, *lychnuchus filius anni*, id est, per totum annum ardens.

נִבְּוָה, m. *auster, merities, tractus meridianus, plaga australis*, 1 Sam. XXVII. 10. נִבְּוָה, *ad plagam australem, in meridianum tractum*, Genes. XIII. 1. R. Bechai scribit: נִבְּוָה, *רוח נגב ויבש, quod iste ventus sit siccus et aridus*,

propter intensum calorem solis: נגב, aridum esse, exarescere, in Targum et apud Rabb.

נגד coram, contra, ante, e regione, ex adverso: לנגד, coram, 2 Reg. I. 13. ex adverso, contra, Prov. XXI. 30. מנגד, e regione, Gen. XXI. 16. ex adverso, 2 Sam. XVIII. 13. נגדה, coram, Psalm. CXVI. 14. cum aff. נגדו, ex adverso sui, Jos. VI. 5. coram eo, Ies. XL. 17. כנגדו, secundum coram ipsum, quasi juxta correspondentiam ejus, ipsi tanquam alter ipse, ac naturali specie ac formâ conveniens, astans ei, Genes. II. 18. לנגדו, ex adverso ejus, Jos. V. 13. Chald. נגד, ex adverso, Dan. VI. 11.

נגד, Chald. traxit se, manavit, profuxit: inde partic. נגד, trahens se, manus, Dan. VII. 10.

הגיד, Hiph. nuntiavit, annuntiavit, renuntiavit, indicavit, exposuit, narravit, enarravit, retulit, nempe coram: præter. לו, indicavit ei, Genes. XXXI. 20. Hoph. præter. הגד, nuntiatum est, 1 Sam. XXIII. 13. infin. הגד, nuntiando, Jos. IX. 24. fut. יגד, et nuntiatum est, Gen. XXII. 20.

נגיד, m. antecessor, antistes, dux, præsul, princeps, 2 Sam. VII. 8. constr. נגיד עמי, ducem populi mei, 2 Reg. XX. 5. plur. נגידים אדבר, antecessorum seu principum, scil. verba, eloquar, hoc est, præstantia, principibus digna, quasi principalia dicas, Prov. VII. 6. cui similitudinem locutionem vide Prov. XXII. 20.

נגה splenduit, Ies. IX. 2. futur. נגה, splendebit, Job. XVIII. 5. Hiph. futurum, יגה אורו, splendescere fa-

ciet, splendidam edet lucem suam, Ies. XIII. 10.

נגה, f. splendor, Ies. L. 10. affix. נגהם, splendorem suum, Joël. II. 10. plural. נגהות, splendores, Ies. LIX. 9. Chald. בנגהא, cum luce, Dan. VI. 20.

נגח feruit, petiit, impetiit cornibus: fut. וכי-יגח, et cornu ferierit, Exod. XXI. 28. Pih. particip. מנגח, cornu petens, Dan. VIII. 4. futur. יגח, cornu feriet, Deut. XXXIII. 17. התנגח, feries, 1 Reg. XXII. 11. Hithp. futur. יתנגח, configet, Dan. XI. 40.

נגח, m. petulcus, cornupeta: שור נגח, bos petulcus, Ex. XXI. 29.

נגן pulsavit, scil. instrumentum musicum. Nomen participiale plur. נגנים, pulsatores, fidicines, Psalm. LXVIII. 26. Pih. præter. מנגן, pulsans, 1 Sam. XVI. 16. infin. ינגן, pulsare, 1 Sam. XVI. 18.

נגינה, f. pulsatio fidium, pulsatio musica, modulatio: constructum, pro absoluto, על-נגינת, super pulsationem, vel, in pulsatione fidium, Psalm. LXI. 1. aff. נגינתי, pulsationis musicæ meæ, Psal. LXXVII. 7. נגינתם, modulatio eorum, Thren. III. 14. מנגינתם, à pulsatione sua, Thren. V. 14. plural: נגינות, et pulsationes, odas lyricas, Ps. LXIX. 13. בנגינות, in pulsationibus sive pulsatilibus instrumentis, Psal. IV. 1. aff. בנגינותי, in pulsationibus meis, hoc est, in fidibus sive pulsatilibus instrumentis, Hab. III. 19.

מנגינה, f. idem: באני מנגינתם, ego sum modulatio ipsorum, Thren. III. 63.

ננע tetigit, attigit, pertigit: læsit, percussit, plagis affecit: construitur cum accusativo, item præpos. אל, על et cum ב. præter. ננע בקבה, ירה, tetigit acetabulum femoris, Gen. XXXII. 33. ננע על לבך, pertingit in cor tuum, Jer. IV. 18. Niph. fut. ויננעו, et finxerunt se percussos seu plagâ affectos, Jos. VIII. 15. Pih. futur. ויננע, et percussit vel plagâ affecit, 2 Reg. XV. 5. Pyh. fut. ויננעו, plagis afficientur, Ps. LXXIII. 5. Hiph. הקניע, pertingere fecit, admovit, conjunxit: deturbavit, dejecit: et intransitivè, pervenit, obvenit, obtigit, pertigit: præter. הקניע, pervenire fecit, seu deturbavit, Ies. XXV. 12. particip. מנעי, pertingebat, Genes. XXVIII. 12. plural. constr. מנעי, conjungentibus, Iesaias V. 8. infinit. ובהקניע, et cum pervenisset, Esth. II. 12. futur. ויקניע, pertinget, Ies. VIII. 8. ויננע, et admovit, Ies. VI. 7.

ננע, m. *plaga*, Exod. XI. 1. affix. ננעו, *plaga ejus*, Levit. XIII. 44. plur. ננעים, *plagæ*, Genes. XII. 17. constr. ובהננעי, et *plagis hominum*, 2 Sam. VII. 14.

ננה cæcidit, percussit, verberavit, plagâ affecit: item, offendit, impugit. præterit. וננה, et *plagis afficiet* (*Domínus Ægyptum*) וננה, *percuti-endo* (et sanando,) Ies. XIX. 22. fut. וננה לא תננה, et *pedem tuum non offendes*, Prov. III. 23. Niph. præter. וננה, *cæsus, plagâ affectus fuit*, 2 Sam. X. 15. Hithp. fut. ויתננפו, *lædant se vel lædantur, offendantur*, Jerem. XIII. 16.

ננה, m. *plaga*, Jos. XXII. 17.

ננה, f. idem, 2 Sam. XVII. 9.

construct. מנפת הוסים, *plaga equorum*, Zach. XIV. 15. aff. מנפתי, *plagas meas*, Exod. IX. 14.

ננה Niph. ננה, *defluxit, diffluit, diffudit vel effudit se, perfusus fuit*: præter. נננה ידי, *perfusa manus mea*, Psal. LXXVII. 3. part. plur. נננרים, *defluentes*, 2 Sam. XIV. 14. fœm. נננרות, *defluunt*, Job. XX. 28. Hiph. הקניר, *diffluere fecit, fudit*: præter. וקנירתי, et *faciam ut diffluant*, Mich. I. 6. imper. וקנירם, *fac ut diffluant*, Jer. XVIII. 21. fut. וקניר, et *fudit*, Psal. LXXV. 9. Hoph. part. נננרים, *במים מננרים, sicut aquæ profusæ*, Mich. I. 4.

ננה, *fluxus, alveus*, juxta Aben Esram, Job. XXVIII. 4. juxta alios est particip. וננה, *accola, peregrinans, habitans*.

נגש accessit, appropinquavit: secessit, infin. ונגשת, *cùm accedent*, Num. VIII. 19. imper. ונגש הלאה, *secede illuc*, Genes. XIX. 9. et in Pathach, ונגש, *accede*, 2 Sam. I. 15. et cum ה paragogico, ונגשה-נא, *accede quæsò*, Gen. XXVII. 21. ונגשו-נא, *accedite nunc ad me*, Genes. XLV. 4. fut. ונגש, *appropinquato*, Lev. XXI. 23. Niph. præter. ונגש, *accedere* (*jussus Joseph.*) Gen. XXXIII. 7. particip. ונגשים, *qui appropinquant*, Exod. XIX. 22. Hiph. הקניש, *accedere fecit vel jussit, attulit, obtulit, adduxit, admovit, stitit*, præter. וקנישו, et *sistet eum*, Exod. XXI. 6. etc. Hoph. præter. וקנישו, *admoti fuerunt*, 2 Sam. III. 34. et part. מנש, *offertur*, Mal. I. 11. Hithp. imperat. וקנישו יחדו, *appropinquate pariter*, Ies. XLV. 20.

נָגַשׁ *exegit, tributum scil. aut creditum, 2 Reg. XXIII. 35. item exigendo vel exactionibus arctavit, affixit pressit. part. vel nomen, נְגוּשׁ, exactor, Zach. IX. 8. plur. נְגוּשִׁים, exactoribus, Exod. V. 6. נְגוּשׁוֹ, exactorum ejus, Exod. III. 7. futur. יִגְשׁ, exigit, exactione arctato aut affligito, Deuter. XV. 2. תִּגְשׁוּ, exigendo arctabis, Deut. XV. 3. תִּגְשׁוּהוּ, exigetis, Ies. LVIII. 3. Niph. praeterit. נִגַּשׁ, arctatus, coarctatus, pressus, oppressus fuit, proprie exactionibus, 1 Sam. XIII. 6.*

*נָגַר, vide in נָגַר.

נָדַב *liberaliter, spontè, voluntariè ad dandum, conferendum vel offerendum aliquid moveri, incitari. praeter. נָדַב לְבָם אוֹתָם, quos spontè movit animus ipsorum, Exod. XXXV. 29. נָדַבָה רוחו, spontè movit eum spiritus ejus, ver. 21. fut. יִדְבְּנוּ לְבוֹ, quem spontè moverit cor ejus, Exod. XXV. 2. Hithp. spontè, spontaneum dare vel offerre, voluntariè offerri. praeterit. הִתְנַדְּבָתִי, spontè obtuli, 1 Par. XXIX. 17. etc. Chald. praeter. הִתְנַדְּבוּ, spontè offerunt, Esr. VII. 15. part. מִתְנַדֵּב, spontè offerens se, Esr. VII. 13. plur. מִתְנַדְּבִין, spontè offerentes, ver. 16.*

הִתְנַדְּבוֹת, fœm. spontanea oblatio, Esr. VII. 16.

נְדָוִב, m. voluntarius, spontaneus, ingenuus, liberalis, munificus: princeps, a munificentia et liberalitate dictus, (quò alluditur, Luc. XXII. 25.) construct. נְדָוִב לֵב, voluntarius animo, 2 Paral. XXIX. 31. plural. עָם, cum principibus, 1 Sam. II. 8. construct. נְדָוִי עָמִים, voluntarii populorum, Psalm. XLVII. 10.

fœmin. וְרוּחַ נְדִיבָה, et spiritus ingenuus sustentet me, vel juxta alios, spiritu ingenuitatis sustentato me, Ps. LI. 14. affix. נְדִיבָתִי, ingenuitatem meam, vel munificam meam scil. animam, Job. XXX. 15. plur. נְדִיבוֹת, ingenuitates, res ingenuæ, munifica, Ies. XXXII. 8.

נְדָבָה, fœm. voluntarium, voluntaria oblatio, voluntarium sacrificium aut munus: interdum adverbiascit, pro sponte, voluntarie, benevole, liberaliter, et tunc ponitur pro בְּנְדָבָה: constr. נְדָבַת יָדֶךָ, voluntaria oblatione manus tuæ, Deut. XVI. 10. plural. הַשְּׂמִיעוּי, indicite sacrificia voluntaria, Amos IV. 5. construct. נְדָבוֹתַי פִּי, voluntarias oblationes oris mei, Psalm. CXIX. 108. aff. נְדָבוֹתֵיכֶם, voluntarias oblationes vestras, Levit. XXIII. 38.

*נְדָבָה, Chald. vide in דָּבַר.

נָדַד *vagatus, evagatus est, movit sese, erravit, aberravit, fugit, profugit: praeterit. נָדָדוּ יַחַד, evagantur pariter, Ies. XXII. 3. particip. נָדָד כָּנָף, movens sese alâ, aut transitive, moveat, agitet alam, quomodo possit esse ex Pih. Ies. X. 14. plural. נְדָדִים, errabundi, Hos. IX. 17. fut. יִדָּד מִמֶּנִּי, aberret a te, Nah. III. 7. et in Pathach, וְנָדָד, et profugeret, Gen. XXXI. 40. Chald. praeter. fœm. נָדָת, profugit, recessit, Dan. VI. 19. Pyh. juxta quosdam, praeter. וְנָדָד, et movetur, sive errat, vel fugit, Nah. III. 17. Hiph. futurum, וְנָדָדוּ, removeant vel fugant eum, Job. XVIII. 18. Hoph. futurum, וְיִדָּד, et fugatur, Job. XX. 8. Hithpahel, praeteritum, וְהִתְנָדְּדָה, et evagabitur, vel movebit se, Ies. XXIV. 20. fut. יִתְנָדְּדוּ, et evagabuntur, Job. XVIII. 18. Hoph. futurum, וְיִדָּדוּ, et fugentur, Job. XX. 8. Hithpahel, praeteritum, וְהִתְנָדְּדוּ, et evagabuntur, Job. XVIII. 18. Hoph. futurum, וְיִדָּדוּ, et fugentur, Job. XX. 8.*

commoves te, Jerem. XLVIII. 27. ויתנודודו, *vagi fugient*, Psal. LXIV.

9. quæ etiam a נדר esse possint, cùm penè idem duæ hæ radices valeant.

נדרים, m. p. *motus, jactationes*, Job. VII. 4.

*נדרה, vide in seq. radice.

נרה Pih. נרה, *procul amovit, ejecit, expulit, separavit*. participiale, המנדיים, *qui elongant, longe vel procul amovent*, Amos VI. 3. et cum affix. מנדיכם, *procul arcentes, separantes vos*, Ies. LXVI. 5. וינדא, vide in נרה

נדה, f. *separatio, elongatio: immunditia, impuritas mulierum menstrua: menstruata mulier, istâ immunditiâ vel laborans, vel ob eam a viro separata, et ita nunc adjectivè sumitur, אשה*

נדה, *uxorem ex immunditia laborantem aut separatam*, Ezech. XVIII. 6. נדה, *ארץ נדה, terra impura*, Esr. IX. 11.

נדה היא, *separatio, res aut impuritas separanda et exterminanda est*, Levit. XX. 21. אַת־הַנְּדָה, *separati-*

nem, rem sive immunditiam remotione dignam, 2 Par. XXIX. 5. לַנְּדָה, *in*

menstruatam, in separatam, hoc est, ut sit tanquam separata propter immunditiam menstruam, Thren. I. 17.

נדה, *tanquam impuritas menstruo laborantis, aut ex immunditia separata*, Ezechiel. XXXVI. 17. constr. נדת דותה, *separationis lan-*

guoris ejus, Levit. XII. 2. בַּנְּדָתָה, *in separatione immunditiæ*

sue, Levit. XVIII. 19. aff. בַּנְּדָתָה, *separatio ejus, hoc est, immunditia*

menstrua ejus, Levit. XV. 24. בַּנְּדָתָה, *in separatione sua*, Levit. XV. 19.

נדרה, m. *pretium, merces meretricia*, Ezech. XVI. 33.

נְדָנִים, m. p. *pretia: aff. pretia tua*, Ezech. XVI. 33.

מַנְדָּה, vide in מדר.

נדה *impulit, depulit, dispulit, expulit, vibravit: infinit. לַנְּדָה, ad vibrandum*, Deut. XX. 19. futur. וַיִּנְדֶּה, *depellat*, 2 Samuel. XIV. 14. Niph. præter. וַיִּנְדְּתָה, *et impellaris*, Deut. IV. 19. partic. נִדְּחָה, *depulsus*, 2 Sam. XIV. 14. fœmin. וַיִּנְדְּתָהּ, *et depulsam*, Mich. IV. 6. Pyh. particip. מַנְדָּחָה, *impulsus*, Ies. VIII. 22. Hiph. præterit. וַיִּנְדְּחֶיהָ, *et impellat*, 2 Sam. XV. 14. הִדְּחֶתִּי, *dispuli*, Jer. XXIII. 3. futurum, וַיִּנְדֶּה, *et expulit*, 2 Reg. XVII. 21. quod scribitur quasi a נדה, commutato ה in א, sed juxta Masorethas legendum וַיִּנְדֶּה. Hoph.

part. מַדְּחָה, *expulsus*, Ies. XIII. 14. וַיִּנְדְּחֵי, vide in דחה in Niphal. מַדְּוִיחַים, m. p. *depulsiones, expulsiones*, Thren. II. 14.

נְדָן, m. *vagina: affix. נְדָנָה, in vaginam ejus*, 1 Par. XXI. 27. נְדָנִים, vide paulo ante in נדה.

נְדָנָה, Chald. idem; metaphoricè *corpus, quod id spiritui sit, sicut vagina gladio, scribit Aben Esra*, Dan. VII. 15.

נדרף *dispulit, impulit, depulit: futur. et infinit. בַּנְּדָרְף עָשָׂן תִּנְדָּרְף, sicut dispellitur fumus, sic dispellis eos*, Psalm. LXVIII. 3. et defective, וַיִּנְדָּרְפוּ, *impellet eum*, Job. XXXII. 13.

וַיִּנְדָּרְפוּ, *dispellit eam ventus*, Ps. I. 4. Niph. præter. נִדְּרָף, *depelletur*, Ies. XIX. 7. particip. עֹלָה נִדְּרָף, *strepitus folii impulsivi vel agitati*, Lev. XXVI. 36. infinit. fuit antè in Kal.

נדרר *vovit: præter. נִדְּרָר*

votum vovit, 2 Sam. XV. 8. **נָדַרְתָּ לִּי** *vovisti mihi (illic votum)*, Genes. XXXI. 13. *imperit. וְשָׁלַמְנוּ נָדָרוֹ וְשָׁלַמְנוּ* *vovete et vota reddite Domino*, Psal. LXXVI. 12.

נָדַר נָדַר, m. *votum*, Num. XXX. 14. aff. **נָדַרְי**, *votum meum*, 2 Sam. XV. 7. plur. **נָדָרִים** *vota*, Jon. I. 16. aff. **נָדַרְי שְׁלַמְתִּי** *vota mea reddidi*, Prov. VII. 14. **נָדַרְיָהֶם** *vota eorum*, Levit. XXII. 18.

נָהַג *duxit*, (rexit, gubernavit) *abduxit, abegit; abduxit, deduxit, induxit*: præterit. **נָהַגְתִּי** *me ducit*, Thren. III. 2. **נָהַגוּ** *abduxerunt*, 1 Sam. XXX. 20. part. **נֹהֵג** *ducens, ductor, dux*, Psal. LXXX. 2. plurale, **נֹהֲגִים** *ducentes erant, ducebant*, 1 Sam. VI. 3. Pih. præter. **נָהַגְתָּ עַמּוֹךְ** *duxisti populum tuum*, Ies. LXIII. 14. etc.

וּמְנַהֵג m. *ductus*: **וּמְנַהֵג כְּמֹנַהֵג** *et ductus sicut ductus Jehu (est)*, 2 Regum IX. 20. ubi et construct. apud Rabbinos etiam est *ritus, consuetudo*.

